

# I N S P A L M V M

O C T V A G E S I M V M S E X T V M

literalis, mystica & moralis interpretatio,

nec non Beatae Virgini, eiusq; immacu-

late Conceptui adaptata, atque

per dialogi modum

digesta.

Autore R. P. F. Petro Varonade Valdinielso, ver  
bidiniitatem concionatore, ac sacrae Theologiae po-  
sitivae Lectore, Ordinis Minorum,  
offeruantia regularis prouin-  
cia Castella.



SALMANTICÆ

Apud Ioannem & Andream Renaut.

M D X C V I.

## I N P S A L M V M

O C T V A G E S I M V M S E X T V M

literalis , mystica & moralis interpretatio,  
 nec non Beatæ Virgini, eiusq; immacu-  
 lato Conceptui adaptata, atque  
 per dialogi modum  
 digesta.

*Autore R. P. F. Petro Varona de Valdinielso, ver-  
 bi diuini concionatore, ac sacra Theologia po-  
 sitiva Lectore, Ordinis Minorum,  
 obseruantia regularis prouin-  
 cia Castellæ.*



S A L M A N T I C A E

*Apud Ioannem & Andream Renaut.*

---

M D X C V I.



**E**S T E libro vea el Padre Fray Philippe de Ayala Doctor de Theologia en S. Juan de los Reyes de Toledo. Fecha en Esperança la Real de Ocaña en 18. de Septiembre 1593.

*Fr. Pedro de Salazar  
Maestro Prouincial.*

**H**ANC Psalmi 86. expositionem, iussu Patris nostri Prouincialis, diligenter perlegi, & nihil ingenio, quod Fidei Catholicæ repugnare, aut aliquo modo dissentire videatur: imò plura continentur, quæ studiosis erūt perutilia, & legentium animos recreabunt. Tole-  
ti, in Conuentu Diui Ioannis Regum, die San-  
cti Lucæ, anno 1593.

*Fr. Philippus  
de Ayala*

*E L R E Y.*

O R quanto por parte de vos Fray Pedro Varona de Valdavia, de la orden de Sant Francisco, Predicador del Cōuento de nuestra Señora de Speranza la Real, de la villa de Ocaña , nos fue fecha relacion , que vos auia des compuesto dos libros: el vno sobre el Ase Ma-  
ria, en Romance : y el otro sobre el Psalmo ochenta y  
seys en Latin , paralo qual auia des tenido licencia del padre Provin-  
cial de la dicha Orden, los quales eran vtiles y prouechosos a la Repu-  
blica, y nos supplicastes os mandassemos dar licencia para lós poder im-  
primir y vender, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por  
los del nuestro Consejo, por quanto en los dichos libros se hizo la di-  
ligencia , que la pragmática por nos yltimamente sobre ello fecha di-  
spone , fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en  
la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licen-  
cia y facultad, para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos  
primeros siguientes , que corren y se cuentan desde el dia de la fecha  
desta nuestra cedula en adelante , vos o la persona , que para ello vue-  
stro poder vuiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender los di-  
chos libros, que de suo se haze mencion . Y por la presente damos li-  
cencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos, qual  
vos nombraredes , para que durante el dicho tiempo lo pueda impre-  
mir por los originales, que en el nuestro Consejo se vieron, que van ru-  
bricados y firmados al fin de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de  
Camara, y vno de los que en el nuestro Consejo residen: con que antes  
que se vendan los traygays ante ellos juntamente con los dichos ori-  
giniales, para que se vea, si la dicha impression esta conforme a ellos, o  
traygays fe en publica forma , como por Corrector por nos nombra-  
do se vio y corrigio la dicha impression por los dichos originales . Y  
mandamos al Impressor, que assi imprimiere los dichos libros, no im-  
prima los principios , ni primeros pliegos dellos, ni entregue mas de  
vn solo libro con el original al autor o persona , a cuya costa lo impre-  
mriere, ni a otra alguna para efecto de la dicha correction y tassla, hasta  
que antes y primero los dichos libros esten corregidos y tassados por  
los del nuestro Consejo. Y estando hecho, y no de otra manera, pueda  
imprimir el dicho principio y primer pliego dellos , en los quales im-  
mediatamente ponga esta nuestra licencia, y las approbaciones, tassla, y  
erratas: ni lo podays vender , ni vendays vos , ni otra persona alguna,  
hasta que esten los dichos libros en la forma susodicha , sopena de caer  
e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmática y leyes de  
nuestros Reynos, que sobre ello disponen. Y mandamos, que durante  
el dicho tiempo , persona alguna sin vuestra licencia no los pueda im-  
primir ni vender , so pena que el que los imprimiere y vendiere , aya  
perdido y pierda qualquier libros, moldes, y aparejos que dellos tu-

tiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere , de la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra caza y Corte , y Chancillerias, y a otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas, y lugares de estos nuestros Reynos e Señorios, y a cada uno en su jurisdiccion , asi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante , que os guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que assi os hazemos, y contra ella no vos vayan ni passen, ni consentian y si ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced , y de diez mil maravedis para la nuestra Camara. Fecha en Sant Lorenzo a diez y ocho dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y nouenta y cuatro años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro Señor:

Don Luys de Salazar.

PRAESTANTISSI-  
MO PARITER QVE PISSI-  
mo Domino, Domino Ioanni Garcí Aluarez  
a Toleto Monroy, & Ayala, Comiti Orapessæ &  
Deleytosæ, Frater Petrus Varona de Valdi-  
uielso Ordinis Minorum, Euangelici  
verbis auctor atq; sacræ Theolo-  
giae positivæ Præ-  
ceptor. S. P. D.



V A M diëbus clapsis disputatione  
meis humeris imparem super Psal-  
mum octagesimum sextum, Con-  
ceptumq; Virginalem suscepit, post  
excusionem nostrorum librorum  
quos riuper edidimus, scilicet, De ar-  
cano verbo , sive de viuo sermone  
Dei, super illud Apostoli ad Hebreos cap.4. Viuus est  
sermo Dei. De Angelica salutatione. De Fraternitate.  
De hospitio Fratrum Minorum, cæterorumque Ordi-  
num Mendicantium : Declamationes super titulos  
Psalmarum in lingua vulgari, pro Dominicis Qua-  
dragesimæ ad Vesperas , à me sæpenumero contendisti, vt typis mandatam in publicum proferrem . Nō  
potui Excellentia tuæ non obedire mandatis, idcirco  
me ad id munus tibi gratum accinxi, Deoque fauente  
in finem usque perduxisti. Sed quod sub tua protectione  
confeci, amplissimo tuo nomini dicandum institui,  
vt tanto Meccenate & patrono , cuius memoria cum  
perpetuis laudibus ubique terrarum celebrata manet,  
in lucem , nemine lèdentē prodeat. Ad hoc sane me  
impulit illa incredibilis , qua flores & præstas in

## *Epistola Dedicatoria.*

Deum optimum Maximum charitas , atque in Franciscanam familiam benevolētia singularis, animi propensio, & ex intimis præcordijs affectio. Quis amabō referre valebit insignem tuam pietatem in subleuādis quotidianis Fratrum indigentijs, eorumque domibus & templis ædificandis & instaurandis solicitudinem atque liberalitatem? Id certe tui, quos per varias provincias huius Seraphici Instituti conuentus habes satis superq; demonstrant. Ex quibus aliquos & ex tua inclita pro sapia Regiaque prole viros mira morum integritate florentes, & sanctas Moniales ob innocentis virtę candorem miraculis maximis illustres in præstatiarum exprimere non dubitare, nisi iam præclarissimis suis monumentis, ea quæ mihi penes hanc materiam dicenda fuerant, eleganti ac ferè diuino stylo commendassent posteritatique voulissent & consecrassent Frater Marcus Olyssipponensis, Episcopus Portuensis in 3. par. Chronicorum nostri Ordinis. Item Frater Franciscus à Gonzaga Archiepiscopus Mantuanus Generalis quōdam totius nostri Instituti minister in suo tractatu de origine nostrę Seraphicę Religionis, & de progressibus eiusdem in tertia parte & sequentibus titulis & capitulis.

### *Titulo Prouincia Castellæ.*

1. Cap. De Conuentu sanctissimæ Matris Dei Orapessæ.
2. Cap. De monasterio purissimæ Conceptionis etiā Orapessæ: vbi iacet Domina Maria à Toletō filia legitima pientissimi aui tui Domini Francisci Aluarez à Toletō Comitis Orapessani, eximia illustris Religione, & virtute haud vulgari per celebris: quā virili animo sequuta Domina Iuliana à Toletō soror tua veterina huiusc Monasterij sacræ Philadelphiæ associata, religiosaque conuersatione munita

Iauda-

## *Epistola Dedicatoria.*

laudabiliter Abbatissæ munus exercuit, alijsque sororibus summę humilitatis, atque charitatis viuum exemplar se præbuit.

3. Cap. De Monasterio sanctæ Elisabeth Regiæ apud Toletum, vbi iacet corpus Beatae Mariæ à Tolero (vestræ quidem Encomiastes fulgentissima corona) integrum quidem, miraculis quotidie plurimis coruscans.
4. Cap. De Monasterio Sancti Michaelis Regij siue Angelorum apud Toletum.
5. Cap. De Monasterio Sanctæ Elisabeth apud Metymnam cæli, vbi iacet Domina Elisabeth à Toleto prima istius Monasterij Abbatissa, veterina soror pientissimi aui tui Domini Francisci Alvarez à Toletō Comitis Orapessani.

### *Titulo Prouincia Angelorum.*

1. Cap. De Conuentu Sancti Dominici apud Xandaliam.
2. Cap. De Monasterio Sancti Ioannis de penitentia apud oppidum de Belbis.

### *Titulo Prouincia Sancti Gabrielis.*

1. Cap. De Conuentu Sanctæ Mariæ del Berrocal iuxta oppidum de Belbis.
2. Cap. De Conuentu Sancti Spiritus iuxta oppidum de Robledillo.

### *Titulo Prouincia Sancti Ioseph.*

1. Cap. De Conuentu Sancti Ioannis Baptistæ iuxta oppidum de Deleytosa.
2. Cap. De Conuentu Rosarij duodecimo milliari ab oppido Orapessa.

Hæc sunt planè, & alia quam plurima, quæ consultò silentio tegenda duco (Præstantissime Comes) clara Solis luce testimonia, quibus apertè monstratur quā eximia, quamque omnibus numeris absoluta proge-

¶ 5 nito-

## *Epistola Dedicatoria.*

nitoribus tuis tibiq; ipsorum fidissimo sequaci in Deū Optimum Maximum charitas, ac in Seraphicum nostrum ordinem pietas insit: ne autem legentium animis fastidium ingenerare videar, hac in parte supercedere constitui. Ex dictis nanque satis superque constat meas istas qualescumque lucubrationes tibi non ingratas vel insipidas fore: præcipue cum hoc à te vno de nostra Seraphica religione optime merito, sacrarūque literarum amantissimo nobilitas, qua tibi est uterque homo decoratus, exposcat: vt quidquid expositionis diuinæ Scripturæ oblatum tibi fuerit, perbenigne recipias, tuoque munimine tuearis. Neque istud paruum volumine opus, qua offertur verò voluntate magnū, te acceptum ignoro, quippe qui nunquam de tua in me humanitate ac benevolentia dubitaui, imo de te multis nominibus illustratus illam sœpe sèpius & publicis, & priuatis locutionibus sum expertus. Quapropter age, vt beneficia maiora indies & illustriora in meomnium minimum conferas, quibus perpetuò deuinctus nomen tuum per celebre summis laudibus prædicare, continuisque precibus, & salutaribus hostijs Deum Optimum Maximum exorare non desistam, vt tibi propitius in omnibus fiat. Vale feliciter in Domino totius nostri Seraphici Instituti inæstimabile decus & pretiosum ornamentum. Ex hoc tuo celeberrimo Conuentu Ora pessano sanctissimæ Matri Regis æterni sacrato, Calendis Aprilis, Anno ab eiusdem Virgineo partu nonagesimo sexto supra millesimum quingenesimum.

PRO-

## PROLOGVS AVTORIS A D LECTOREM.



N S T I T V T A M orationem, candide Lector, fortasse non incommodè conte-  
xam, si prius Titulum Psalmi octuagesimi sexti à nobis exponendi, breui sermone dilucidauero: est enim huiusmodi. *Filijs*  
*Core Psalmus Cantici.* ¶ Sensum imprimis literalem seu historicum sequentes nobis est animaduertendū quod sicut legitur libro 2: Reg. cap. 6. David faciebat Psal-  
mos metrice, eosque canebat ante arcam Dei cū Psalte-  
rio: vnde Psalmus propriè dicitur à Psalterio quod est quoddam instrumentum decachordum sive decem chordarum quod manutangitur: & dicitur à psallere, quod est manu tangere. Ergo Psalmus dicitur quod cantatur ad Psalterium, sed non absque Psalterio. In quibusdam autem Psalmis ponitur iste titulus, videlicet, Psalmus David, vbi tūc temporis intelligitur quod factus est ad Psalterium. In alijs præscribitur, Can-  
ticum David, quia cantabantur sine instrumento: in aliquibus autem, Psalmus cantici, vel canticum Psal-  
mi, eo quod cantabantur voce humana simul & ad Psalterium. Sed in aliquibus incipiebat unus, vel multi voce humana sine instrumento, & unus re-  
spondebat cum Psalterio: & hi intitulantur, canticum Psalmi: in aliquibus vero unus cantabat Psalmum cū Psalterio, & alij respondebant sine Psalterio: & hi inti-  
tulantur Psalmus cantici: ex quorum numero est iste Psalmus octuagesimus sextus, & ideo habet huiusmo-  
di titulum *Psalmus cantici.*

*Filijs*

## PROLOGVS.

*Filijs Corē.* Pro huius elucidatione sciendūm quod sicut habetur in libro Numerorum cap. 16. Dathan & Abyron fecerunt schisma contra Moysen pro principatu populi: & Corē insurrexit contra Aarō pro principatu sacerdotij, & tunc ipse crematus est, non tamen omnes de familia sua in hoc consenserunt, & ideo isti remanserunt, & qui nō consenserunt ex eis, vnde tempore Dauid inter cantores istis data fuerunt ministria canendi, & sic datus est illis ad canendum Psalmus iste octuagesimus sextus: & hoc est quod dicitur in Titulo. *Filijs Core,* scilicet, datur iste Psalmus decantandus. Et hoc pro literali explicatione.

*Mystice.* Psalmus significat bonam operationem, canticum vero exultationem mentis de æternis. Psalmus cantici utrūque significat. *Filijs Core.* Corē apud sacræ facultatis professores interpretatur Caluaria: unde, Filijs Corē idem est ac filijs Caluariæ. Cum autem Christus Dominus fuerit in loco Caluariæ crucifixus, inde est quod Psalmus iste specialiter attribuitur filiis passionis Christi, hoc est, contemplantibus, vel imitantibus Christi Domini passionem, vel carnem suam crucifigentibus, vt bene Paulus ad Galatas cap. 5. docet. Sed filijs Corē propriè dicuntur martyres qui Christum imitantur, iuxta illud Petri cap. 4. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius. Et ideo conuenit propriè martyribus. Pro maiori & vberiori declaratione notandum quod omnia bona tam spiritualia quam temporalia dantur à Deo Opt. Max. Temporalia sunt minora bona, spiritualia autem sunt maiora: Pater paruis filijs dat parua, magna vero dat perfectis. Sic Deus quando homines erant in statu paruulorū dedit eis parua, idest, temporalia, vt patet in veteri testamento, nā eo tempore erant sicut paruuli sub pædagogo, hoc est, sub obseruantibꝫ legalibus:

## PROLOGVS.

legalibus: vt Paulus ad Galatas cap. 3. testatur. Vnde Dominus apud Isaiam cap. 1. ait, Si volueritis & audieritis me, bona terre comedetis. Sed iam perfectis in novo testamento nō promittuntur temporalia sed durae afflictiones & hoc sub certissima spe spiritualium, prout apud Lucā cap. 6. Dñs nobis promittit, dum ait: Beati eritis cum vobis oderint homines, &c. gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Ex his manifestū est quod Psalmographi intentio in hoc §6. Psalmo est retrahere homines noui testamenti ab appetitu terrenæ prosperitatis promissæ in veteri testamento, & inducere ad æternæ beatitudinis desideriū quod quidem omniū mortalium animis innatum esse videmus. Et hic est finis autoris nempe vt eleuati à terrenis Deo immenso cōiungamur, & in illa æterna requie perpetuò lætemur. Autor huius Psalmi est Spiritus sanctus loquens per os sancti Dauid Prophetæ. Materia autem de qua agitur est de gloria terrenæ & cælestis ciuitatis Hierusalem, id est, de Ecclesia militanti & triumphanti. Modus autem formalis est laudatorius. Et hoc pro quadruplici causa scilicet, finali, efficienti, materiali & formali, quæ in hoc nostro Psalmo reperitur, breuiter dicta sunt. De his Titulis quoniam copiosius egimus in Declamationibus nostris super Titulos Psalmorū: ideo Colophonem huic proœmio dare decreui. A te vero, Christiane Lector, summis precibus contendere non desistam vt hos nostros conatus & qui hinc facias, & assiduis orationibus tuis pro me Deum Optimum Maximum orare memineris: vt ab alio expectes, mihi quod feceris. Vale fœliciter in Domino.

IOAN.

IOANNIS BAPTISTÆ VARONA DE CASTILLA Valdiuelsani, fratriis Autoris, pio Lectori Epigrammaton.

A Etherum quondam calamum qui Hyperiona versus  
Vexerat, atque oculos obtulit ad radios:  
Verbi incarnati pandens mysteria sacra,  
Angelicum promens Virginis ipse & Ave,  
Hostibus aduersans, spargensq; tumentia bella  
Per mare Mariæ tutus adornat iter.  
Conceptum, mundi referans arcana, tuerur  
Virginis, & labem deicet ab studijs.  
Quis quis amat Scotica sophia, lymphaq; repleri  
Hauriat hinc sapiens, hec leuet vnda sitim.  
Si quoque amore pio succensus Virginis ardet  
Quod Varona dedit per legat eloquium.

IN P A T R I A E A V T O R I S  
eiusdemq; Autoris meritissimum encomium  
Heroicum carmen.

Per Franciscum de Garnica collegam Diui Bernardi  
in Collegio Orapessano.

E fferat eximum nomen Cantabrica tellus  
Solis ad egressum vergens, septemque Triones,  
Non procul è pelagi sinuoso littore distans.  
Vrbibus ex cunctis dedit huic celeberrima nomen  
Vrbs vetus, insignis bello, Cantabria dicta.  
Horrida non timuit Romani tela furentis  
Haud dubijs cunctum terrentia cædibus orbem,  
Quin potius præstans animo, fuit ausa vocare  
Romanos ad bella feros, & ad arma paratos,  
Huc decus, ista fuit nec inanis gloria, quanuis

Romanis

Romanis spolium tulerint, celebreisque triumphos.  
H A C igitur regione viget pulcherrima vallis  
Visendis opibus pollens, cui Valdiuelso  
Nomen inest, nullos merito ruitura per annos.  
Cuius in aspectu frondosa cacumina Pindi  
In nihilum veluti redeant, atque alta Cythara,  
Pelion ossa olim celebres spes vna gigantum  
Quies superas frustra cupiebant scandere sedes,  
Submittant caput inferius flectantque deorsum  
Genua alacres, nec silent celeberrima tempe  
Carminibus cantata satis, nitidaque poesi,  
Pulchricomis ornata rosis, suffusaque lymphis  
Aethereis, habita atque adeo ceu fana Deorum.

H A N C tamen eximiam vallem nemus vnde cingit  
Immensum, leporumq; ferax, venabile cunctum  
Producit, satians habitantes diuite cornu.  
Nec minus arridet resonantis fluminis vnda  
Quæ vallem recreat totam vertigine leni,  
Profluit hinc Zephyrus, placidis mansuetus in vndis.  
Murmurat aura leuis, gracili certamine florum  
Exit odor, reficitque sua mulcedine sensus.  
Florida præcavirent, rubicundaque chalca nitescit,  
Lilia cana micant, ager omnis spirat odorem.  
H V I V S Vallis agros argenteus irrigat amnis.  
Frugiferi, pinguesque agri, quos flumen Iberus  
Alluit, oblectans rapido simul oppida cursu,  
Leniter auriferas passim dum versat arenas.

H I S C E tamen populis prolapsi Conditor orbis.  
Largitus quanuis reliquarum munera rerum  
Paupere non dextra, paucos donauit alumnos.  
Hosti tamen egregia sobole & virtute superna.

E X quibus ille fuit decus ingens, gloria magna,  
Cuique Varonarum præstanti ex stirpe fluenti  
Pontificis diadema datum, quo præfule plura.

Oppid.

S.E. Antonius Varona de Valdiuerso, ordin. Prædicatorum Prouincie Castellæ Nicaraguensis apud Indos Occidentales Eps & Martyr.

B.F. Didacus Varona de Valdiuerso Ordin. Minorum Prouincie Castellæ, in vita &c in morte clarus miraculæ.

Oppida præ reliquis late viguerè per orbem Sed licet inter ijs sacer hic Antonius, atqui Fama manet nobis nullum ruitura per eum Prædicet ista, precor, tellus madefacta cruore Martynioq; sacrata viri, qui dira tyrauni Vincula non horrens, rigidonec territus ense Pro Christo caput obiecit, superasque volavit Ad sedes, spolium referens, & ab hoste triumphans.

NEC t'c præterea qui prole exorius eadem DIDACE nigrantes euincens æquoris astus Horrendos astus secli meliora requirens Littora, Francisci sacros intrare penates Forti animo agressus superas euadis ad auras Carcere ab humano, grauidaq; ex carne solutus Patraisti valida postquam miracula dextra,

HIC situs est populus cunctæ non ultima vallis Gloria, Valeriosa satis vel nomine pulchra. Hæc tulit eximios fructus, plantasq; feraces, Egregius segetes, uberrima pascua, quid non Protulit? insignem pietate & dogmate sacro Protulit autorem genitus qui prole Varona Se dignos adhibet fructus dulcedine plenos.

EDIT in optatam lucem monumenta decoris Non minimi, morsu nunquam laceranda procaci, Qua non imber edax, seu vis Aquilonis iniqua Vertat, & immerito vaster longæua vetustas.

SAT bene terrifico rutilus Leo noscitur vngue. Sat bene & ingenium præstans, & gratia lingue Fertilitate micans, & Rhetoris ubere fluxu, Thesaurusq; tuae mentis, qua sacra Minerua Pocula libasti, te tollunt sydera adusque Sat bene: nec dubito, quin hec tua stemma pulchra Ingenijq; tui specimen, monumenta relinquant Nominiis huic orbi nullum peritura per eum.

I N



## IN PSALMVM


OCTAVAGESIMVM SEX-

tum literalis, moralis, ac mystica interpre-  
tatio, necnon B. Virginis, eiusq; im-  
maculato Conceptui adaptata,  
atque per dialogi mo-  
dum digesta.

Autorē R. P. Petro Varona de Valdi-  
uerso Verbi diuini concionatore, ac sacra Theologia  
positiva Lectore, Ordinis Minorum, obseruantia  
regularis, prouincia Castellæ.

Interlocutores Parochus quidam & Autor.

A



N Cantabrica prouincia, quæ cir-  
ca maritimam oram, ad Septemtrio-  
nem atque Orientem vergit, & ab  
antiquissima ac inter cæteros om-  
nes eius plagæ vrbes proculdubio  
principe, sed à Romanis expugna-  
ta, Cantabricacuitate, Cantabria  
nuncupata: cuius Aquilonaris portio Oceano mari  
alluitur, Orientalis Galliam Narbonensem, quam &  
Togatam vocant, ex aduerso respicit: Meridionalis  
irrigatur Ibero insigni flumine: Occidentalis vero  
Asturibus, quæ de Santillana vulgo dicuntur contigua,  
conterminaque est. In hac ergo prouincia quædam  
nemorosa & amoena vallis extat nuncupata Valdi-

A uielso

uielso, altissimis montibus omni arborum genere vestitis cincta & circumclusa conuentum oculos maximè oblectat, distatque à Burgeni, non vulgaris famæ, Tarragonensis Hispaniæ ciuitate, triginta tria millia passuum. Hanc medium vallem à summo usque deorsum leniter in longum percurrit Iberi prædicti fluminis impetus oppida sibi conuincina lœtificans: in quibus licet ille summus artifex, vniuersaque naturæ Conditor gentem non multiplicauit, magnificauit certè lœtitiam, dum alumnos ipsorum nobilitate præcipua, atque insigni animorum virtute & veritate decorauit. Ex hac siquidem valle illustri, veluti ex horto cælitus culto, prodiere plâtuæ, flores, & fructus haud communes, quorum odor suauissimus ubique terrarum redolet, homines, scilicet nomine nusquam perituri, ex Varonarum præcipue inlyta prole Beatissimi patres Frater Antonius Varona de Valdiuelso ordinis Prædicatorum Nicaraguensis Episcopus & Martyr, & Frater Didacus Varona Guardianus Salicetanus, Ordinis Minorum prouinciæ Castellæ, meritis insignis, clarusque in vita & in morte miraculis immensis: alij etiam Doctores celeberrimi, quoruæ vita exemplari indies Dei ædificatur Ecclesia.

Cum igitur obediæ gratia, in quoddam memoratæ B vallis oppidū, eiusdem; nō postremā gloriā, Valeromæ nomine, à viginti tantu accolis inhabitatu, prope au riferi dicti præterlabentis fluuij marginē, abundatissimis lymphis, ridentibus pratis, atque irriguis hortis exornatum, domumque paternam & lares patrios me contulisse, nihil mihi potius fuit, quam ut perpetua memoria dignissimum illius oppidi Ecclesiæ Matricis sanctæ Crucis dicatæ Parochum conuenirem, multis de causis mihi amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex, alacri vultu & animo ait.

Parochus.

Parochus. Gratias tibi ago, summe Deus, quod ante quæ ex hac vita inigrem, & viam vniuersæ carnis ingrediar, video in oppido isto & sub his testis meum charissimum fratre, cuius ego auditio nominem recreor.

Autor. Deinde ego illum de suo munere, & rebus publicis, & domesticis: & ille me de mea valetudine, sacrarum literarum studio, conuentu, & habitatione percontatus est. Multis verbis ulro citroque habitis, ille & alij nobis consumpti sunt dies. Contigit autem eo tempore, ut mihi relaxandi animi gratia ad præfati fluminis oras deambulanti obuiam prædictus Parochus insperato veniret, & cū vale fecissemus inuicem, ille ait:

Parochus. Quare sic solus? ut quid agrorum solitudes captas?

Autor. Ut animum abducam à negotijs & à conuentu & frequenta hominum me abitraham, ruris petro secretum. Oppidum certè mihi carcer est, solitudo paradisus.

D. Hieron. in epist. ad Rusticum.

Parochus. In hoc imitatorem te præbes magni illius quondam Scipionis, viri excellenti ingenio præditi, qui primus dixisse fertur, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solus, quam cum solus esset. Dux res, quæ desidia & inertia folentanissimos inficere, illum ad præclarâ facta, & ad statuenda posteris illustria monimenta excitabat, otium & solitudo.

Cicer. in lib. de amicitia.

Autor. Ante Scipionis tempus David Propheta docuit nos tanquam in ampla domo deambulare in corde nostro & comuersari cum eo; quasi cum bono contubernali, ut ipse diceret & loqueretur secum, veluti quando dicebat: Dixi, custodiâ vias meas, ut non delinquam in lingua mea; Salomon quoque filius eius ait: Bibeaquam de tuis vasis, & de puiteorum aquarum fontibus. Hoc est, Tu consilio vtere. Aqua

A 2 enim

enim alta, consilium in corde viri. Non ergo primus Scipio sciuit se solum non esse, cum solus esset, nec ministris negotiosum, cum otiosus esset. Sciuit ante ipsum Moyses, qui cum taceret, clamabat, cum otiosus stareret, praeliabatur, nec solum praeliabatur, sed etiam de hostibus, quos non contingebat, triumphabat. Adeò otiosus, ut manus eius alij sustinarent, nec minus quam ceteri negotiosus, qui otiosis manibus expugnabat hostem, quem non poterant vincere, qui dimicabant.

**Exod. 17.** Moyses ergo in silentio loquebatur, & in otio operabatur. Cuius autem maiora negotia, quam huius otia, qui quadraginta diebus positus in monte Sinai totam legem complexus est, & in illa solitudine, quicunq[ue] laqueretur, non defuit? David quoque positus in solitudine aiebat. Audiam, quid loquatur in me Deus. De Helisæo Propheta similiter legitur, quod sedebat in uno loco, & Rex Syriae magnam bellum molem inferebat populo Patrum, diuersisque consiliorum acerbaverat fraudibus, & circumuenire insidijs moliebatut: sed omnes eius apparatus Propheta deprehendebat, & vigorementis per gratiam Dei, ubique præsens, cogitationes hostium suis anuntiabat, & rhonebat quibus cauerent locis: Quod ubi Regi exercitum manifestatum est, misso exercitu, clausit Prophetam. Orauit Helisæus, & omnes illos cæcitate percuti fecit, & capiuit intare Samariam, qui venerant obsidere eum; Omnes illi magna præstabant in otiositate, & maiori nunquam fuere comitatihominum turba, quam cum à cœtu & frequentia ipsorum erant semoti. Hac igitur de causa solitudine recreor, & in otiositate magis negotiosus exsto.

**Psal 84.** **Lib. 4. Regum c. 6.** Parochus: His omissis aduertas velim, quod postea quā ab studijs sacræ Theologie (in quibus, vi nosti, sum tempore multo versatus) animum abduxì, ardens & in-

& inflammatum me tenuit Psalmi octuagesimi sexti veram interpretationem cognoscendi desiderium, quam à te audire vehementer optauī. Quapropter si tibi (charissime) placet, sermonem circa ipsius elucidationem nunc temporis instituamus. Ad hoc solitudo gratissima Musis: ad hoc tēporis opportunitas, ad hoc cœli tēperies, ad hoc tandem loci nos amoenitas inuitat.

**Autor.** Ardua quidē res, & meis nō solū humeris impar, qui ab hac dicēdi exercitatione iam dudum abstinui, sed & his, qui nihil aliud agunt, totumque huic arti tempus ac studium tribuunt, ut inde sui ingenij laudem sibi vendicent, sanè difficilis. Sed ne ab officio discedere videar, eiusdem Psalmi interpretationē in tui gratiā aggrediar. Neque enim fieri potest, ut ingenij nostri tenuitate, ipsum pro dignitate explicemus, quoniam magnas materias parua ingenia sustinere non possunt, & cū eas explicare nituntur, medio in itinere, oneris depressa magnitudine cadūt: sed quādo me tua humanitas ligat, oneri potius ipse succumbam, quam aliquid intentatum omittam. Psalmus ipse sic habet.

- 1 Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
- 2 Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei.
- 3 Memor ero Raab, & Babylonis, scientium me.
- 4 Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic.
- 5 Nunquid Sion dicet: homo, & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.
- 6 Dominus narrabit in Scripturis populorum & Principum horum, qui fuerunt in ea.
- 7 Sicut Lætantium omnium, habitatio est in te.

**E X P O S I T I O H V I V S P S A L M I.**  
**V**aticinium istud exponitur communiter ab omnibus diuinarum literarum interpretibus de Ecclesia

clesia sancta Dei, ex diuersis geatibus in Christi nomine coadunata, & supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum fundata, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

*Parochus.* Quomodo potest intelligi Psalmus iste de Ecclesia catholica, dum de ipsa, nulla in eo fit mentio. Neque haberi quidem potest, cui referatur illud relatum, eius: primū etenim verbum eius Psalmi est, quod dicitur: Fundamēta eius, nō innuēdo, cuius: neq; enim mētio de Ecclesia in hoc Psalmo præcessit.

*Autor.* Ad nullum præcedens illud relatum, eius, refertur: sed ad cordis Prophetæ meditationē, qui semper Ecclesiam sanctam profunda quadam mente contemplabatur, etiam si aliquando de illa verbis vocalibus non ageret. Vnde fit, ut in mente Prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora quod simul vtraque videant, & intus verbum quod cogitant, & foris quod dicunt.

*Parochus.* Vnde constare potest, quod Regis Cytha rædi mens in Ecclesiæ sanctæ contemplatione versabatur? Nullatenus certè possumus, neque nobis fas est 1. Reg. 17. cordium arcana scrutari: hoc planè Dei Opt. Maxim. Hebr. 4. proprium est munus, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta.

*Autor.* Constat aperte ex eodem Psalmo, cuius interpretatio à secundo versu est inchoanda, qui sic habet. Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei. Quasi diceret: O ciuitas Dei, id est, Ecclesia, sive militans, sive triumphans, gloriosa dicta sunt de te, hoc est magna & præclara, atque laude immortali digna de te in lege noua & veteri sacris manent consignata monimentis. Committitur hac in parte figura Prolepsis, in sacris paraginis visitatissima, quæ est totius in partes diuisio, quando coniuncta disglutinamus, & unita dissuimus.

Prelepsis  
figura.

Vnde

Vnde quod vniuersaliter habetur in hoc versu quo legitur, Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei, per partes exponitur in primo & subsequentibus versibus, vt potè quod habeat fundamenta in montibus sanctis, & quod diligit Dominus portas eiusdem Ecclesiæ sanctæ super omnia tabernacula Iacob, & quod memor erit gentium alienigenarum, vt eas intrà Ecclesiæ sanctæ fores constituant, & quod in eadem Ecclesia sancta nascetur Altissimus Deus factus homo: & ultimò quod in Ecclesia triumphanti gaudium & exultationem electi omnes in perpetuum obtinebūt. Et hæc sunt gloria omnia, quæ in citato versu de hac percelebri ciuitate cælesti atque terrena prædicantur.

*Parochus.* Quare Ecclesia sancta vocatur in Scripturis diuinis, Ciuitas, prout hic, ubi dicitur: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei?

*Autor.* Quia ciuitas est congregatio hominum ad M iure viuendum, ut habetur in Glossa, sive similium hominum communio quædam optimè, quo ad eius fieri potest, viuendi causa conflata, prout Aristotelei placuit libro 7. Politicorum capite octauo. Et hoc præ se fert vocabuli etymologia, nam ciuitas dicitur quasi ciuium unitas, sicut Lyranus adnotauit. Cum autem Ecclesiæ nomen, Diuo Chrysostomo autore, consensus concordiaque nomen sit, ideo Ecclesia sancta conuenientissime appellatur ciuitas, cuius habitatores sunt omnes fideles. Murus autem huius ciuitatis Dei est ipse Deus, secundum illud Zachariae: Ego ero illi murus in circuitu. Et in Isaia. Saluator ponetur in ea murus. Murus iste magnus, excelsus, fortis est, & protector ciuitatis. Magnus, quia magnus dicitur Dominus in ciuitate, & Sion. N Excelsus, quia excelsus dicitur, & terribilis super omnem terrā. Fortis, quia turris fortitudinis appellatur.

Gloss. ordi  
naria su-  
per cap. 1.  
Etiaze.  
Aristote-

Iyran. ful  
per ca. 15°  
lib. 1. Para  
lipon.  
D. Chrys-  
tomo. 5. fu-  
per cap. 5.  
ad Galat.  
Zachar. 2.  
Isai. 2. 6.  
Psal. 47.  
Psal. 98.

Psal. 60.

A 4 Prote-

Psal. 17.  
Simile. Protector tandem, quia protegit omnes sperantes in se. Vnde sicut ciuitas, quandiu muro vndeque cincta est, eos irridet a quibus obsidetur, praesidio illo tutissima, haud aliter Deiciuitas, dum ipsam vndeunque pro muro Deus omnipotens cingit, aduersariis sux omnes machinæ, artesque in opprobrium risumque cedunt, euaduntque, qui eam incolunt, indemnes atque illæsi. Et non solùm ipse Deus, verùm etiam ipsius dono & gratia omnes sancti huius diuinæ ciuitatis, quæ est Ecclesia, sunt muri, & validissimi protectores.

*Parochus.* Cur sanctos Ecclesiaz muros esse dixisti?

*Autor.* Duo sub una eademque verboru serie percontaris. Est quidem dubia interrogatio. Potest enim sanctitas supra muros, & muri supra sanctos appellare. Nanque Sancti vocantur muri, & muri similiter vocantur sancti. Longo quidem interuallo distat unum ab alio, sed utrumque mihi modo discutiendum erit. Quod ergo ad rem attinet, Sancti ideo vocantur muri ciuitatis Dei, quoniam suis meritis & precibus, tanquam firmissimis munitionibus, fidelium populos custodiunt, & quasi muris fortissimis ab hostium incursibus, nec non & ab ira diuina defendunt. Hoc facile patet ex eo, quod habetur in Psalmo. Dixit Deus ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in cōfractione in cōspectu eius. Pro cōfractione alijs interpretati sunt, In ruina muri, ut reprimeret impetum eius. Est autem similitudo sumpta a viris fortibus, & amore patriæ vehementer incensis, qui cum murustormentis hostium atque machinis deiçitur, se se in ea parte, quæ ruinis maximè strata est, pro muro opponunt ad hostium impetum suis corporibus excipiendum, ut cum certo vitæ periculo perniciem a patria depellant. Non aliter se gessit Moyses. Nam cum Iudeorum propugnaculum, quod in Fidei religione con-

sistebat,

sistebat, eorundem rebellione disiectum esset, nihilque impediret quod minus ira diuina in homines omni firmo praesidio nudatos inuaderet, eosque ad intercessionem deleret. Moyses studio communis salutis inflamatus se se diuinæ iustitiae telis obiecit & exposuit, neque recusauit quin supplicio suo omnem impietatem lueret. Sic igitur, fusis cum ardentissima suorum charitate precibus, Numinis ipsius impetum repressit. Et Loth non ne oratione sua circundedit ciuitatem Segor, quam sibi ad perfugium elegit, ut in ipsa Sodomæ incendium non intraret? Item Diuus Gen. 19.  
Astor. 27. Paulus fuit veluti murus protegens eos omnes, qui cum eo nauigabant. Ex quibus liquido constat, viros sanctos fidelium populis esse inexpugnabiles muros, prout huiusc rei sacri sermones exempla plurima offerunt, quæ ob id silentio tegenda duco. Deinde videamus oportet, muri quare Sancti dicantur, sanctitate supra muros appellante? Hoc autem ideo dicitur, quoniam Sanctum facere, firmareque significat. Quando igitur muri firmiter nos tueruntur, & firmis munitionibus tutos faciunt, tunc sancti appellantur. Possimus etiam ex fabulis veterum aliam huius appellacionis causam in medium afferre. Quondam enim Deos perhibent inter homines versatos esse, qui & eos a malis vndeque immunes conseruarent, procedente deinde tempore factum esse, ut pertæsi hominum eos defenserint. Homines ergo Deorum auxilio destituti, ad imitationem similitudinemque custodiarum, quam ab illis habuerunt, moenia excogitarunt, ut ab hostiis insidijs omnino essent immunes. Et quoniam sanctū est, quod magno in pretio est, ideo muros, portasque, ut in locū eorum, quæ utique magni habenda erant, inuenta, sancta dixerunt.

*R. Parochus.* De origine construendarū ciuitatum pau-

A 5 lulam

Theophila  
bus lib. 1.  
institutio-  
num tit. 2.

Pertæsi à  
verbo per-  
tædet, batu-

lulum sermonis, si tibi placet, habeto, & libenti corde te auscultabo.

*Autor.* Faciam euidem, & tibi narrabo, prout in veterum scriptis inueni, per quæ properanti lectio[n]e curri. Quidā enim cōmemorant eos homines, qui fuerunt ex terra primitus nati, cūm per sylas & campos erraticam agerent vitā, nec vlo inter se sermonis aut iuris vinculo cohārerent, sed frondes & herbas pro cubilibus, speluncas & antra pro domibus haberēt, bestijs & fortioribus animalibus prædæ fuisse: tum eos qui aut laniati effugerant, aut laniari proximos vide-rāt, admonitos periculi sui, ad alios homines decurrisse, præsidiū implorasse, & primò nutib[us] voluntatem suā significasse, deinde sermonis initia tētasse, ac singulis quibusq[ue] rebus nomina imponēdo paulatim loquēdi perfecisse rationem. Cū autem nec multitudinē ipsam viderent cōtra bestias esse tutā, oppida etiam cōpisse munire, vel vt quietē noctis tutam sibi facerent, vel vt incursions atq[ue] impetus bestiarū, nō pugnādo, sed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia hominibus indigna, quæ has ineptias protulerunt: miseris atque miserabilis, qui stultitiam suam literis, memorizāque mādarunt, qui cū viderent mutis quoque animātibus ingenitā esse rationem vel cōueniendi, vel inuicem appetendi, vel periculi fugiendi, vel mali cauendi, vel cibula sibi & latibula parandi, homines autē ipsos existimauerint nō nisi exemplis admoneri, ac discere potuisse, quid metuere sibi, quid cauere, quid facere debarent, aut nunquam conuenturos inter se fuisse, nec loquēdi rationē reperturos, nisi eos bestiæ comedissent. Alij autem scriptores alia construendi ciuitates initia posuere: dicentes, quod cū genus humanū esset adhuc in mōtibus atque syluis dissipatū, nullisq[ue] esset ciuib[us] institutis aut domesticis moribus excultū, excel-

Lafantius  
Firm. li. 6.  
diuinarum  
inst. c. 10.

Cicer. pro  
Sextio.

luit

luit maximē tānc temporis vnu[s] aut alter eorū, quos natura fixerat ingenio & prudentia præstantes, qui dispersam illam familiam vnum in locum congregauit, & ex immani agresti[que] vita ad humanitatem & honestos mores excoluit. Hoc est illud, quod homines doctissimi fictis fabulis memoriae prodiderunt, Orphæi cantu sylas, ferasq[ue] omnes vnu in locū confluxisse voluptate illa eximia commotas. Sic etiam traditur Amphion cātus suavitate lapides impulisse, quō vellet, vnde vellet, deduxisse: quo significabatur, homines illos agrestes, atque feros, qui vel ingenij stupore, vel immanitate morum, lapidum atque ferarū instar erant, paucorum ingenio fuisse moribus humanis & ciuib[us] institutos. Vnde Horatius canebat:

Sylvestres homine Sacer, interpresq[ue] Decrum.

Cædibus & victu fædo decerruit Orpheus,

Dictus ob hoc lenire tigros, rabidosq[ue] leones.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis.

V Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda

Ducere, quō vellet. Fuit hæc sapientia quondam

Publica priuatis secernere, sacra prophanis,

Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.

Oppida moliri, leges incidere ligno.

Sic honor & nomen diuinis datibus atque

Carminibus venie.

De hac vrbium condendarum origine non siluerint Plato, Vitruvius, Aristides, Cicero, & alijs quamplurimi vetustissimi hyperaspites, qui de eadem re permulta syntagma scriptarunt. Prætereà ciuitatum origo fuit ipsamet indigentia: Nam cuncti mortales à natura nudi, omniumq[ue] rerum inopes, quoniam p[er] se singuli ad paranda necessaria minimē erant idonei, nisi mutuo sibi opitularentur, ideo ad superandas necessitatū angustias ab initio conuenerunt. Id autem

Horatius  
in arte.

Plato in  
protagoras  
Vitruvius  
lib. 2. c. 10  
Aristides  
in oratione  
contra  
Minervam  
Cicer. libo  
5. Tuscul.  
autem

12 Alphab. I. Super Psal. 86.

autem est, quod Plato existimabat ciuitatem utique fieri ex eo, quod nullus nostrum ex se ipso sufficiens est, sed multorum indiget. An verò arbitraris aliud extitisse ciuitatibus constitutis initium? Minime quidem. Sic itaque alius aliū, aliumque sibi, & ad usum alium adiungentes, cum multis indigeamus, multos in habitationem unam communicatores, adiutoresq; congregatos ciuitatem nos appellamus. Unde manifestum est hominem magis indigere societate, quam rem liqua omnia animalia. Quod quidem ipsa naturalis necessitas per se aperte declarat. Alijs siquidem animalibus cibum natura ipsa preparauit, tegumenta, defensionemque dedit: homini verò nihil eorum natura preparauit, sed omnium loco rationem largita est, qua ipse sibi pararet haec omnia, ad quae unus tantum homo non sufficit. Est igitur homini à natura insitum, ut in societate multorum uiuat, cuius rationem Cyrus Theodorus assignans, ait.

Nam querit ecce fullo calcearium,  
Equitum magistro gratus est freni faber,  
Agrum colenti mechanicus coniungitur.  
Breuer habeto: Qualibet ars cuilibet,  
Piscator omnis indiget enim rustico,  
Eget piscatore rura qui colit,  
Illi panes dans, ipse pisces accipit.  
Sic omnis opifex querit alterius opem  
Hic denique modus ciuitates promouet.

Quae omnia de ciuitate Dei iure optimo praedicantur. Nam quod supra retulimus de Orpheo & Amphione primis urbium conditoribus, multò quidē excellentius, multoq; præstantius Christo Dño seculorum omnium Principi conuenire fatendum est. Ipse nanque aduentu suo felicissimo cœlestique doctrina signis & portentis contestata filios hominum per diuersos ritus & gentes

Ad Hebr.  
cap. 2.

S. Thomas

lib. 1. de te  
gim. Prin-  
cipum c. 1.

Cyrus.

Y

Alphab. 2. Super Psal. 86. 13

gentes per innumerā scelera variaque vitia dispersos unum in locum Ecclesiae sanctæ, & unitatem catholice Fidei congregavit, iuxta quod fuerat olim Rex illustris variatioatus de ipso Christo Domino dicens: Dispersiones Israëlis congregavit. Huc bant enim ad Psal. 146: euim omnes gentes, tribuant populi multi ad inuicem dicentes: Venite secundamus ad montem Domini, & ad dominum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & amabilis bipius ihesu iste ciuius. Quod narrantes Euangelisti per sancti, recenserent, quod turbam multam conuenienter bant, & de ciuitatibus properabant ad Iesum, & quod multitudo copiosa plebis ab omni Iudea & Ierusalē, & maritima, & Tyri, & Sidoni veniebant, ut audirent eum. Erant omnes mortales eo tempore, sicut 1. Pet. 1. 20: oves errantes, & sic conuertebantur ad pastorem & Episcopum animarum suarum, ut eos in unum Ecclesiasticum connocaret. Ethoc est, quod per Osiam fuerat olim ipse loquitus: In funiculis Adam traham eos, Osea. 13: invinculis charitatis. Quasi diceret: Tauri & leones per vim solent duris funibus trahi, ego autem ligam inibus blandis, scilicet operibus amore plenissimis, ad me homines traham, ut in Ecclesiae sanctæ ciuitate morentur. Pro eo quod vulgata editio legit: In funiculis Adam, Septuaginta transulerunt id in morte hominis. Ac si dicat: Ego factus homo pro hominibus interpretatio Septuaginta ex moriar. Voluerit ergo non solum prædicatione veritatis ad se alligeret homines quos considerat, verū (quod maius omnibus est) pro ipsis moriens in cruce. Et ego si exaltatus fuero in terra (inquit ipse Salvator) omnia in traham ad me ipsum. Vnicula certè sunt ista fortissima, & struensim funes amoris, quibus ad unitatem Ecclesiae sanctæ omnia traxit, non solum Iudeos & Gentiles, sed seruos & libertos, inde non mares & foeminas. Omnes ergo ciuitatis Dei esse incolas fecit. Index

ter quos etiam officia distribuit, & ordinem consti-  
tuit, ita ut alij sint oves obedientes, alijs vero pastores  
imperantes. Et quemadmodum (ut Apostolus ait) in B  
vno corpore multa membra habemus, omnia autem  
membra non eundem actum habent, ita multi vnum  
corpus sumus in Christo, singuli autem alterius  
membra, ita ut hoc sit caput, illud pedes, istud manus,  
hoc oculi, illud vero aliud corporis membrum, quo  
omnia recte inter se conueniant, commodum que tam  
ad praefectos, quam ad subditos redundet, ita & apud  
nos, qui communè corpus Christi sumus, omnes enim  
corpus vnum in Christo, ac per vnum Christum inter  
nos membra suimus, hoc enim imperat, ac præsider,  
istud vero obedit & dirigitur, nec a mōrum idem est  
officium, sicut neque membrorum physici corporis,  
sed ambo vnum sunt in vnum Christum, & ab eodem  
spiritu cōposita & cōglutinata, licet imperantes a sub-  
ditis distent. Et sicut apud ipsos reges omnes qui dem  
vnius regnantis imperium agnoscunt, sibi erunt autem  
omnes ijsdem in rebus, sed illius munus est  
exercitibus imperare, huius autem vrbes regere ac di-  
spensare: sic in Ecclesia sancta quidem posuit C

Deus primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio  
doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum,  
opūlaciones, gubernationes, generali gūrū, intér-  
pretationes sermonum. Qui omnes sibi indecēm auxi-  
lium præstant, sicut membris mutuò opūlantur;  
quia ad vitam perennem cōfessandam multis egerint  
mutuis adiumentis. Et hæc de origine & causa con-  
struendarum ciuitatum dixisse satis illi erat.  
Parochus. Cōsequens est, viante quam decernas ora-  
tionis vela contrahere, quænam ciuitas fœelix, beata,  
atque benemurata dici possit, ostendas. Ibi, salve O  
Mītro. Prima quidem cum liberi ciuitatis felicitas  
illa

D illa esse videtur, quando in ea Philosophus regnat, aut  
rex philosophatur. Beata quippe censeri debet, quæ re-  
ctorem & gubernatorem prudentia prædictum, & sa-  
pientia condecoratū habuerit, quoniam tali gubernatore  
habitabit utique in pace super terra, & gāudio in-  
credibili perfundetur, atq; immensa prosperitate per-  
petuò lētabunda gloriabitur. Fœlix; & merito appellabitur,  
quæ talem obtinuerit ducem ac gubernatorem:  
calamitosa vero, quæ fuerit ab insipienti gubernata.  
Nam sicut homo priuatus oculis manet in tenebris,  
ita res publica sapientibus rectoribus orbata, caligine  
densissima circumfundatur, est necesse. Gubernator  
etenim oculus est reipublicæ, & ideo ad gubernandi mu-  
nus, ut par est, subeundū, sapiētia est maximè necessa-  
ria. Quod cū Salomonem nō lateret, & Israclitici re- 3. Reg. 8.  
gnī gubernacula esset suscepturnus, hanc potissimum vir  
tute a Dño postulauit. Ipsa quoque sapientia de se ver  
ba faciens, ait: Per me reges regnant, & legū cōditors  
iusta decernūt, per me principes imperat, & potentes  
decernunt iustitiā. Rursus autem præcipua cuiuspiam

E Reipublicæ calamitas illa plane est existimanda, si re-  
ctorem & gubernatorem, insipientem, ignoratum, cogni-  
tioneque literarū destitutū habuerit. Hinc nanque de-  
testāda ciuitatis gubernatio, hinc eiusdem perditio, sub-  
uersio, atque miseria, hinc parua concordia, & maxi-  
ma discordia, hinc tandem vniuersa mala procedunt.  
Item illa ciuitas beata potest nuncupari, in qua non si-  
gulis figulo inuidet, vt Hesiodus ait, sed sapiens cum Hesiodus  
sapiente certat, iustus iustum emulatur, fortis cū for-  
ti virtutis præstantia contendit, modestus & conti-  
nens in eo laborat, vt omnes continetiæ magnitudine  
vincat. Sic enim fit, vt dum singuli se ad virtutis cer-  
tamen acuunt, vniuersi tandem sint in virtutum om-  
nium studio florentes. Item cū virum aliquem  
bonum

bonum, vel in familia aliqua, vel in ciuitate versari animaduerto, eam familiam, aut ciuitatem beatam prædico, existimoque eam & præsentibus bonis perfri firmiter, & eorum, quæ defunt, expectare non frustra copiam; cum Deus infinitam & incircumscrip-  
 ptam opulentiam suam propter dignos indignis etiā largiri soleat. Vnde boni viri columnæ sunt populum totum sustinentes. Item beata est illa ciuitas, quæ pietate & iustitia fulcitur: quod in Preuerbiorum volume patet. Ibi enim legitur: Iustitia eleuat gentem, miseros facit populos peccatum. Hoc apertissime docuit Achior in libro Judith, qui Iudeos fore inuidos pronuntiauit, si fidem & iustitiam colerebant contra verò, si impietati seruirent. Idem intellexit Balaam ariolus, qui regi Moabitarum dixit: Veruntamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic facere debeat. Hoc fuit opera & industria mulierum Moabitarum impellere populum in peccatum impietatis & perfidiae, ut propter hoc factinus à Deo derelictus hostium suorum præde pataret. Constat ergo ex his beatitudinem populi & frumentum ciuitatis in pietate & iustitia consistere, quibus Deus certissimus munium suorum propugnator habetur. Propter decem iustorum merita veniam Dominus quinque ciuitatibus pollicebatur sibi eis reperirentur. Salomon etiam iustos viros sentiebat esse vrbium pretiosissima vestimenta. Quocirca ut hisce viris bonis ciuitas quilibet sit bene murata, oportet ut ab ea procul arceantur crimina. Hoc Plautus in hæc verba docuit.

**Plautus in Peria.**

Quid id quod vidisti, ut munitum muro tibi visum est oppidum?  
 Si incola bene morati, pulchre manitam arbitror.  
 Perfidia, & pecularius ex urbe, & auaritia, si exulant,  
 Quarta inuidia: quinta ambiatio: sexta obrectatio;

Septimum

Septimum peririum: euge, octava indulgentia,  
 Nona injuria: decima, quod pessimum adgressu scelus.  
 Haec nisi inde aberunt, centuplex murus rebus seruans parum est.

**Parochus.** Videamus iam, quare Ecclesia sancta appelletur ciuitas Dei. Dicitur enim: Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.

**Autor.** Ciuitas Dei multis rationibus vocatur Ecclesia fidelium. Primo, quoniam omnes qui numero & merito sunt de Ecclesia Dei, vniuntur Fide Christi Domini & charitate. Secundo, quoniam ibi quotidie compleatur voluntas Dei. Tertio, quia separata ab omnī errore infidelium fide & bonis operibus sanctificatur. Quartio, quia ibi est refectio corporis & sanguinis Christi Domini sub speciebus panis & vini. Quinto & ultimo, quia ibi est iudicaria potestas, dum in ipsa discernitur mundum & immundum, vitia & virtutes.

**L** His ergo rationibus Ecclesia sancta dicitur ciuitas, & non solum ciuitas, sed cum additamento, nempe Dei. At enim regius vates. Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.

**Parochus.** Explica, quænam sint ista gloria, quæ de hac percelebri ciuitate vocè prophetali prædicantur.

**Autor.** Initium psalmi id ipsum testatur, quo dicitur: Fundamenta eius in montibus sanctis.

**Parochus.** Velim ut aperias, quid intelligas per fundamenta in eo versu.

**Autor.** Possimus non indecenter intelligere Theologicas virtutes, Fidem, Spem, & Charitatem, quæ sunt fundamenta fortissima Ecclesie sanctæ Dei. Hoc insinuarunt D. Hilarius Episcopus Pictaviensis, & D. Hilar. in cōmēt. super Mat. thæu can. 16.

**L** Ioannes Chrysostomus: Dictis etiam id ipsum patet Chrys. to. Propheticis & Apostolicis. De Fide nanque ait Habac. 2. fer. 26. de Pentec. pag. 335. B ezech Propheta: Iustus autem in Fide sua viuet. Etre- fertur

**Habac. 3.** fertur ab Apostolo varijs in locis, vbi habet: Iustus au-  
**Roman. 3.** tem ex Fide viuit. Et alibi idem Apostolus ait, Sine Fi-  
**Galat. 3.** de impossibile est placere Deo. Vnde sciendum, quod  
**Hebr. 10.** huic spiritualis ædificij fundamento, scilicet, Fidei, ita  
**Hebr. 11.** conglutinatur Spes simul & Charitas, ut vbi Fides non  
est, spes esse nullatenus possit, neque Charitas. Apo-  
**Hebr. 12.** stolus etenim ait: Credere oportet accendentem ad  
Deum, quia est, id est, habere Fidem; & quod inquiren-  
tibus se remunerator sit, id est, habere præmiorum  
spem. Alioquin autem, qui non credit, quomodo spe-  
rabit? & qui non habet Fidem, quomodo habebit  
Spem? Nullo modo. Per Fidem igitur promouemur  
ad Spem, & per Spem proficiimus ad Charitatem. Om-  
*i. Cor. 13.*nia quæcunq; habuero, nihil mihi sine Charitate pro-  
funt, Paulo id afferente: Silinguis (inquit) hominum  
loquar & Angelorum &c. Charitatem autem non ha-  
buero, nihil mihi prodest. Sed quis nam extet Chari- M  
tatis effectus, ab ore Salvatoris Domini audiamus, qui  
**Ioan. 14.** apud Ioannem ait: Qui diligit me, diligitur a Patre  
meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.  
Vide quomodo ex dilectione sequitur manifestatio,  
& ex manifestatione contemplatio, & ex contempla-  
tione cognitione intuituam, & ex cognitione intuituam, vi-  
ta eterna. Cum Christus apparuerit vita vestra (inquit  
**Coloss. 3.** Apostolus) tunc apparebitis & vos cum ipso in gloria.  
Ere cum apparuerit, ait Ioannes, similes ei erimus, quo-  
*s. Ioan. 3.* niam videbimus eum sicuti est. Iam, charissime, cernis  
vnde & quomodo peruenitur, & quibus gradibus ascen-  
ditur ad vitam æternam. Per Fidem, scilicet, perue-  
nitur ad Spem, & per Spem ad Charitatem, per Cha- N  
ritatem ad manifestationem, per manifestationem ad  
contemplationem, per contemplationem ad cogni-  
tionem intuituam, & per cognitionem intuituam  
ad vitam æternam. Hæc est vita æterna (docet Chri-  
stus)

stus Dominus, cum Patre verba faciens) ut cognoscatur solum Deum verum, & quem missi sunt Iesum Christum. Vita ergo habetur ex Fide, & vita habetur ex cognitione. Ex Fide habetur vita interna, & ex cognitione habetur vita æterna. Ex Fide habetur vita illa, quia interim vivimus bene, & ex cognitione habetur vita illa, quia in futuro vivemus beatæ. In Fide totius boni est inchoatio, & in cognitione totius est boni consummatio atque perfectione. Fides igitur totius boni est initium, & spiritualis ædificij fundamentum, & supra ipsam Fidem Spes simul & Charitas fundantur. Praeclara quidem & miranda sunt hæc Ecclesiæ sanctæ O fundamenta.

**Parochus.** Quod sequitur deinde in eodem versu, scilicet, in montibus sanctis, restat videndum, quinam sint isti mōtes sancti, supra quos recentita Ecclesiæ sanctæ fundamenta collocata esse memorantur.

**Autor.** Hebræorum opinio fictitia (ut certa ab incertis separemus) est mihi modò ponenda, qui templi materialis fundamenta in aduentu Messiae (quem ipsi adhuc in vanum expectant) collocanda fore dicebant in tribus montibus sanctis, videlicet, in monte Sinai, vbi fuit lex data Moysi, & in monte Thabor, vbi ostensa fuit victoria Barach, & in monte Carmeli, vbi descendit ignis de celo super sacrificium Heliae. *Exod. 26.*  
*Judic. 4.*  
*3. Reg. 18.*  
Quocirca expositores Hebræi tenent, quod Psalmus iste agit de ciuitate Ierusalem, & templo per regem Messiam venturum redificandis altius & nobilius multò, quā fuerūt in tempore Salomonis. Nā in aduentu Messiae mons Siō (aiunt illi) est eleuandus in altum, & ibi transferet Dñs montem Sinai, & montem Thabor, & montem Carmeli, & super istos est eleuandus mōs Sion. Et ad hoc præbandum inducunt ipsi illud Isaiæ: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons *Isaia. 2.*

B 2 Domini

Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Et sic exponitur ab ipsis iste Psalmus in hunc modum, Fundamenta eius, scilicet, ciuitatis Ierusalem & templi in montibus sanctis, id est, erunt collocanda in tribus memoratis montibus. Sed ex eisdem Hebreis

Rabbi Sa-  
lomon.

Rabbi Salomon reprobavit tale commentum in suis commentarijs super Isaiam, dicens, quod predicta eleuatio domus Domini est intelligenda secundum magnitudinem signorum & mirabilium, quae sicut in aduen-

Lyranus.

tu Mesiæ. Lyranum fidelissimum totius diuinæ Scripturæ interpretem consulamus, & quid de hac re sit tenendum, aperiat. Eius expositio sic habet: Fundamenta eius, id est, Ecclesiæ, in montibus sanctis, nempe in monte Sion, ubi Christus Dominus prædicauit, & in alio monte apud autores ignoto, ubi legem Euangelicam promulgauit, ut habetur apud Matthæum cap. 5. & in monte Thabor, ubi coram tribus discipulis futuri gloriæ suæ resurrectionis in transfiguratione

Matth. 17.

præstendit, prout Matthæi monumenta sacra recentent. Conuenientias autem multò quod dicitur, in montibus sanctis, potest exponi de Christo Dño & Apostolis. Christus etenim est mons montium, cui innituntur montes sancti, id est, pauperes Apostoli, in quibus sunt præfata Ecclesiæ sanctæ fundamenta, videlicet, Fides, Spes, atque Charitas; de quibus fundamētis paupèrè supérius mentionem fecimus. Huic expositioni fauunt Glossa super cap. 6. 5. Esaiæ, & D. Chrysostomus tom. 2. hom. 10. de diuite & paupere, pag. 35.

Glossa.  
Chrysost.

Parochus. Satis meo arridet palatò ipsa tua interpretatio, sed si aliam eiusdem versus excogitasti, à te libenter audierim.

Autor. Non extraneam certè aliam interpretationem in medium adducam. Per id quod dicitur: Fundamenta intelligere possumus Apostolos, qui iure optimo

mo

mo Ecclesiæ sanctæ fundamenta dici possunt, iuxta illud Apocalypsis: Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina Apostolorum, & agni.

Apoc. 21.

Parochus. Cum Apostolus dicat, vnum tantum esse 1. Cor. 3. Ecclesiæ sanctæ fundamentum: Fundamentū (inquit) aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Et alibi, Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super ædificati super fundamen- Ephes. 2. tum Apostolorum & Prophetarum: Cur ergo duodecim fundamenta esse describuntur?

Autor. Quæsito tuo sapientissimus Haymo vene- Haymo  
rabilis Bedæ frater satisfacit, dicens: quod quando singulariter fundatum enuntiatur, ipse Christus Dns intelligitur, super quem omnis ædificatio Ecclesiæ cōstruitur, quando autem pluraliter, Patriarchæ, Apostoli, cæterique doctores. Christus enim est fundamētum s. fundatorum, Apostoli verò in Christo meruerūt esse sanctæ Ecclesiæ fundamenta. Christus Dominus sine Apostolis fundatum est, at verò Apostoli si- ne Christo fundamenta esse non possunt. Huic senten- tia subscribunt Theophylactus super cap. 2. epistolæ ad Ephesios, & Lyranus super cap. 28. Isaiae.

Theophilus.  
Lyranus.

Parochus. Videamus, quare Apostoli vniuersalis Ec- clesiæ fundamenta dicantur?

Autor. Quia in ipsis & cōfessione ipsorum fundata est Ecclesia. Petrus etenim princeps Apostolorum, super quæ Christus Dns fundauit Ecclesiā, verè immobilis petra & firma cōfessio, ex persona omniū Apostolo- T rū confitetur, dicens: Tu es Christus Filius Dei vñi. Et Dns super Petrum & super hanc Petri confessionē Matth. 16. suā firmauit Ecclesiā dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā. Hoc docuere quoniam D. August. tom. 6. libro de gratia noui testamenti D. August.

B 3 ad Ho-

D. Chrys. ad Honoratum, cap. 14. & D. Ioannes Chrysostomus, tomo 2. sermone 26. de Pentecoste.

*Parochus.* Ipsa Ecclesiæ sanctæ fundamenta, scilicet, Apostoli, quibus in montibus fundata recensentur?

*Autor.* In montibus sanctis, hoc est, in Lege, Psalmis, & Prophetis, in quibus agitur de Christi Domini adventu, Passione, Resurrectione, atque Divinitate.

*Parochus.* Quare Lex, Psalmi, & Prophetæ appellantur montes?

*Autor.* Propter altitudinem diuinorum mysteriorum, quæ in ipsis continentur.

*Parochus.* Quomodo Apostoli Ecclesiæ sanctæ fundamenta in montibus sanctis, utpote, in Lege, Psalmis, & Prophetis fundabantur?

*Autor.* Hoc ut penitus agnoscas, aduerte: Euangeliū, quod Apostoli à Dominō didicerunt, & per uniuersum mundum disseminarunt, testimonium habet à V Lege, Psalmis, & Prophetis. Hoc ex eo constat aperte, quod Iudæi cùm Dñm Iesum persequerentur, quia in sabbatho sanarāt hominem illum in probatica piscina existentem, & triginta & octo annos habentem in infirmitate sua, hæc illis fuit ipse Dominus verba loquitus, quæ apud Ioannem habentur: Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ te timoriū perhibent de me. Et paulò inferiōris ait: Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Item, cùm duo ex discipulis Iesu iter facerent in castellum Emaus, ipfa resurrectionis Dominicæ die venit obuiam illis, & increpans illos dixit: O stulti & tardi corde ad creden dum in omnibus, quæ loquuti sunt Prophetæ, &c. Et incipiens à Moysi & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.

*Matt. 17.* Præterea cùm in monte Thabor corā discipulis transfigura-

figuraretur, apparuerunt Moyses & Elias loquentes cum Iesu, ut manifestum fieret, quod Euangeliū testimoniū haberet à Lege & Prophetis. Non enim aliquem latet per Moysēm dēnotari Legem, per extēnum Prophetarum Eliam Prophetas, & per Iesum Dominum, Euangeliū. Dominus quippe Iesus non

*Matt. 5.* venit soluere Legem, sed adimplere. Præterea hoc idem docuit ipse Dñs apud Lucam: nam cùm ascende

ret Hierosolymam, dixit ille discipulis suis: Ecce ascen

*Lucæ 18.* dimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia,

quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Testimonium ergo habet Euangeliū à Lege & Prophetis. In his itaq; montibus sanctis, Lege, scilicet, & Prophetis, fundamenta Ecclesiæ catholicæ, id est Apostoli, erant fundata, quandoquidem Euangeliū, quod gentibus annuntiabant, sacrarum literarum autoritate so-

*Y* solidabant, & Legis & Prophetarum testimonijs confirmabant. Vnde post acceptam Spiritus sancti gratiam

*Apol. 1.* Apostolorum primus dicebat Iudeis: Viri Iudei &c.

hoc est, quod dictum est per Prophetam Ioelem, Et erit in nouissimis diebus, dicit Dñs, effundā de spiritu meo super omnē carnē. Aliaq; in eodē capite adducit testi-

monia ex sacris voluminibus decerpta. Idem præstitit B. Paulus multis in locis, sed præcipue in doctissimo

quodā sermone ad Iudeos, & habetur in Actis. Hoc

*Act. 15.* etiā & ceteri Apostoli præstiterūt. Ex quo patet, quod

fundabantur in mōtibus sanctis, id est, in Scripturis sanctis, quæ de Filio Dei erāt. Et ab istis montibus eternis

illuminabat Apostolos Deus, ut & ipsi cæteros illumi-

*Z* narent, quod Psaltes cecinerat olim, sic alloquēs Deū:

Illuminās tu mirabiliter à mōtibus eternis, turbati sunt omnes insipientes corde. Lex, Prophetæ & Euangeliū dicuntur montes eterni, quia vita æterna in ipsis promittitur, ut in Proverbijs habetur. Serua mādata,

*Psal. 75.* & viues.

Ioh. 7.

Act. 2.

Act. 4.

Act. 6.

Act. 7.

& viues. Et Dominus in Euangelio: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ab ipsis ergo montibus æternis illuminat Dominus Apostolos, & per ipsos, & alios Euangelicæ veritatis prædicatores omnes homines qui in tenebris ignorantiae sedebant. Cumque cernerent Iudæi, quod Christus Dominus interpretabatur illis Scripturas, turbati sunt omnes insipientes corde, & mirabantur dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Et cum discipuli loquerentur varijs linguis magnalia Dei, turbati sunt omnes Iudæi insipientes corde. Præterea videntes Petri constantiam & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur. Et de beato Stephano dicitur, quod Iudæi disputantes cum illo non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebaruntur. Et idem Stephanus A cap. 7. per totum in Actibus eximiam habet concionem, multis refertam Scripturæ sacræ testimonijs. Illuminabat igitur Deus Iudæos per Apostolos à montibus æternis à Lege, scilicet, & Prophetis: sed turbati sunt Iudæi omnes insipientes corde. Hæc ergo fundamenta Ecclesiæ sanctæ, id est, Apostoli, fundabantur in montibus prædictis, quia eorum prædicatio dum Legis & Prophetarum prænuntiabat complementum in Euangelijs, ipsi sancti Apostoli fortissima Ecclesiæ sanctæ fundamenta extiterunt.

*Parochus.* Progrediamur ultius, nam satis superq; elucidatū manet hucusq; (meo videri) quod adduxisti.

*Autor.* Persequar, grati animi voluntate, de assumpto versu quod restat. Ait itaque Cythareodus, pastor & rex:

Dicit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. B Hic assignatur alia ratio, propter quam Prophetæ dixerat, Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei, nempe quia vehementiori & ardenteri amore diligit Dominus portas

portas Sion, quam omnia tabernacula Iacob.

*Parochus.* Adhuc indiscutibile & inexplicatum relinquis, quod exponendum assumpisti. Oportet ut expe dita oratione, quid nomine portarum Sion intelligas, pro tuis viribus ostendas.

*Autor.* Per portas Siō possimus intelligere Baptismum & alia sacramenta, per quæ in Ecclesiam Dei genites ingrediuntur, prout Lyranus adnotauit super cap. Lyranus. 6.lib.3. Regnorum.

*Parochus.* Ipsi expositioni obstat Dominus Paulus Burgensis de Sancta Maria, Burgensis Antistes, dicens quod per portas Sion forte melius intelligerentur gratia & virtutes, quibus perseveranter habitis, infallibiliter fit ingressus ad Ecclesiam, non solùm militarem, sed etiā triumphantem. Per baptismum autem fit huiusmodi ingressus, inquit ille, inquantum per eum gratia confertur, quia secundum Philosophum: Propter quod Philosophus vnumquodque tale & illud magis, & ideo ingressus ad Ecclesiam magis est attribuendus gratiæ, quam Baptismo, præsertim cum Deus non alligauerit potentiam suam sacramentis, ut habetur lib. 4. Senten. dist. 4. Magister Et sic sine Baptismo potest fieri huiusmodi ingressus, nunquam tamen sine gratia & virtutibus Theologicas. Has igitur portas propriè diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob, id est, cultum veteris Legis, in qua non conferebatur gratia. Gratia enim & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1.

*Autor.* Mihi certè non arridet ipsa Burgensis expostio, quatenus ait posse aliquem habere gratiæ & virtutes Theologicas absque Baptismo, & per consequens introire in regnum Dei. Hoc enim sufficiet minimè potest, cum Dominus dicat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod guidem est intelligendum de regeneratione

B 5

generatione spirituali per susceptionē Baptismi in re vel in voto, explicitè vel implicitè. Vnde si Nicodemus, & Cornelius, de quo in Actibus Apostolorum, & alijs ante Baptismum consequuti fuerunt gratiam & virtutes, hoc planè fuit per Fidem Christi & desiderium Baptismi implicitè vel explicitè, postmodùm tamen in Baptismo maiorem gratiæ & virtutum copiam sunt adepti, prout clarè docuit S. Tho. 3. p. q. 69. art. 4. ad 2. Est quidem hoc sacramentum Baptismatis de necessitate salutis, & ideò oportet quod habeatur in re, vel quoad præoccupatos in voto explicitè vel implicitè, ut dictum est. Ita definitum manet in Concil. Tridentino 7. can. 5. Si autem contemptus in aliquo Baptismum aquæ excludit, certum est neque Baptismum flaminis neque sanguinis ei prodeesse ad vitam æternam, & per consequens non posse introire in regnum Dei, in quod nullus mortalium ascendit, nisi quatenus efficitur membrum Christi, quod fit per regenerationem Baptismi spiritualem.

*Parochus.* Catholica Fide docemur, plures veteris testamēti Patres saluos fuisse absq; Baptismo, cōsequens est, quod sine ipso poterūt homines etiā modò saluari.

*Autor.* Certum est, quod nunquam homines potuerunt saluari, neque ante aduentum Christi, nisi fierent membra Christi. Fiebant autem veteris testamenti Patries membra Christi per Fidem aduentus futuri, quem in omnibus illius Legis sacrificijs protestabantur, sicut latè diffusèque docuimus in libro, quem nuper edidimus super Angelicam salutationem, cap. 7. Et hanc Fidem præsignabat circuncisio, vt Apostolus affirmat,

Roman. 4. scribens ad Romanos, eratq; in remedium peccati originalis, quod in generatione contrahitur. Et licet predicti Patres non baptizabantur, quia tunc temporis Baptismus non erat in præcepto, consequenti tamen sunt

sunt vitam spiritualem per gratiam in Fide Christi venturi, & sic habuerunt rem Baptismi.

*Parochus.* Aperiuit iam, quomodo Baptismus, & per consequens alia sacramenta, sint portæ Sion, quas diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob. Si quid amplius de his portis Sion tibi dicendum restat, prosequere.

*Autor.* Nomine portarum Sion intelligendi veniūt

Apostoli, iuxta illud Apocalypsis: Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt persingulas, & singulæ portæ erant ex singulis margaritis. Super quod Primasius ait: Scimus per duodecim Apostolos Dominū nostrum vniuersis ad Fidem introitum primordialiter præbuisse. Et D. Gregorius libro 28. Moral. cap. 9. inquit, & præclarè quidem. Quid cuncti Apostoli, nisi sanctæ Ecclesiæ ostia existunt, cum voce Redemptoris sui audiunt? Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ac si illis aperte diceretur. Per vos ingredientur ad me hi, quibus vosmetipsi panditis, & repellentur, quibus obseratis. Hoc ipsum docet sacer idem Doctor tomo 2. lib. 2. comm. super Ezechielem, homil. 20. & Diuus Eusebius Emilianus homilia in natali Sancti Petri, & homil. 2. in natali Apostolorum.

*Parochus.* In cælesti Hierusalem ciuitate describuntur à Beato Ioanne duodecim portæ, per quas significabantur duodecim Apostoli, Nunquid terrena Hierusalem totidem habebat portas?

*Autor.* Minime certè, nam denarium numerum non habere excedebat.

*Parochus.* Quænam est huius discriminis ratio?

*Autor.* Quantâ in terrena Hierusalem, quæ est figura Ecclesiæ militantis, decem portæ esse perhibentur, quæ decē præceptorū Legis imaginē gerunt, per quorum

Apoc. 21.

Primasius  
sup. Apoc.  
D. Greg.

Ioan. 10.

D. Euseb.

Denarius numerus. rum obseruantiam in cælestem peruenitur, cuius portæ sunt Apostoli. Præterea denarius numerus perfectionem denotat, quod patet ex hoc, quod prima nominis perfectissimi litera, Iod, ponitur quæ decem significat, & ideo sicut per duodecim portas denotantur Apostoli, ita etiam per decem exprimi possunt, propterea quod sit numerus perfectissimus, ad quem iure optimo possunt referri, quotquot sunt de numero Apostolorum.

*Parochus.* Portarum terrenæ Ierusalem nomina pandito, si forte audisti, aut perlegisti.

*Autor.* Ipsarum hæc nomina sunt, & nominum interpretationes.

*Sahar Hagai*, idest, Porta vallis. Per hanc portam patebat aditus in vallem Iosaphat.

*Sahar Hain*, idest, Porta fontis.

*Sahar Hamaim*, idest, Porta aquarum, quæ est versus Orientem.

I

*Sahar Hazucim*, idest, Porta equorum.

*Sahar Haisana*, idest, Porta vetus, aut veteris, scilicet, piscinæ, de qua fit sermo apud Isaiam, cap. 22.

*Sahar Hadugim*, idest, porta piscium.

Esdrae.

*Sahar Hazon*, idest, Porta gregis, de qua habetur lib. 2. Esdræ, cap. 3. quia per illam egrediebantur & ingrediebantur greges in urbem.

*Sahar Haaspoth*, idest, Porta sterquilinij aut stercoris.

*Sahar Hamiphcad*, idest, Porta iudicij.

*Sahar Miphcad*, idest, Porta visitationis. Sed his iam sic explicatis, ulterius progrediar in explicatione portarū ciuitatis Dei, quæ est Ecclesia, per eas etiam convenienti ratione signantur Euangelici prædicatores, & alij Ecclesiæ sanctæ Doctores, per querū vitā atque doctrinā in hanc Dei ciuitatem multitudo gentium intrat,

L

Glossa D. Greg. D. August. intrat, vt docet Glossa super cap. 1. Proverbiorum, & D. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 19. & D. Augustinus tomo 9. homil. 18. in Apocalypsim. Deinde per portas Sion exprimitur vitæ immaculatæ integritas & innocentia, per quam ingrediuntur in ciuitatem cælestem, quicunque illam possident. Idcirco apud Matthæum & apud Lucam Saluator noster ait: Intrate per angustam portam. Præterea nomine portarum Sion intelligenda veniunt opera misericordiæ, per ipsa etenim regnum cælorum intramus. In huius rei typum Rex 3. Reg. 6. Salomon oraculi portas ex lignis oliuarum in templo compegit. Templum illud Salomonis, manifestum est, huius ciuitatis Dei, idest, Ecclesiæ catholicæ, imaginem adumbrasse. Oraculum autem & sancta sanctorū Hebr. 9. æternæ beatitudinis similitudinem expressisse, vt scribens ad Hebræos fatetur Apostolus. In oraculum Salomonis nisi per templum ingressus patere minimè poterat, neque in oraculum cæli ingressus esse potest, nisi per Ecclesiam. Vnde Diuus Cyprianus aiebat. Nō potest habere Deum Patrem, qui matris Ecclesiæ non tenet unitatem. Et alibi idem. Frustra & indignè Ecclesiam materialē ingreditur, qui inter brachia Ecclesiæ mysticæ non constringitur. Oraculum itaque templici imaginē cæli præ se ferebat, in quod introire oportet per portas ex lignis oliuarum compactas, idest, per portas misericordiæ, quoniam oliva misericordiam & pietatem in sacrificiis paginis signat. De hac misericordiæ portare regius vates canebat, dicens: Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Per has misericordiæ

N portas docuit Christus Redemptor in cælestē regnum iustos ingressuros, dum apud Matthæum aperiuntur cæli portæ illis, qui in misericordiæ opera toto animo incubuerunt, & immisericordibus prorsus clauduntur. Et cum summopere mortalibus conduceret has miseri-

Glossa D. Greg. D. August.Matth. 7.  
Luc. 13.3. Reg. 6.Hebr. 9.D. Cypr.  
in de Fide  
ad Regi-  
nas.Psal. 117.Matth. 25.

misericordia portas inquirere, & inuentas diligere, misericordia ductor existens venit Saluator eius quasi digito nobis indicare: siquidem misericordia motus nostram salutem est operatus, prout hisce verbis dicit Apostolus: Non ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit. Quod utidem misericors Dominus insinuat aperte, pridie quam pateretur, abiit oraturus Patrem in montem olivarum, quae misericordiam, uti diximus, denotant, ut per hoc intelligeremus, quod sua ipsum misericordia, & non merita nostra ad passionem impellebat. Has ergo portas misericordiae diligit Dominus.

*Ad sensus nostros componendos.*

Diligit Dominus portas Sion. Portæ ciuitatis sunt sensus nostri, anima autem est ipsa ciuitas. Quocirca quando in sensibus nostris est cogitatus Dei, & omnis enarratio nostra in praceptis Altissimi, tunc diligit Dominus portas Sion, id est, sensus nostros, qui portæ sunt animæ nostræ. Sed quoniam hanc ciuitatem, id est, animam, ita obsidet & oppugnat diabolus, ut in eam per sensus nullus spiritualis vietus immo potius ipsa mors introeat, teste Ieremia: Mors ascendit per fenestras nostras. (Et hinc est, quod Euangelicum testimonium habet, quod dæmon cæcos, surdos, & mutos faciebat, ut sic nec per oculos, nec per os, neque per aures, aliquid spiritualis alimenti ad obsecram animam ingrediceretur) ideo oportet semper orare, ut Dominus custodiat hanc ciuitatem, & portas eius. Nisi enim ipse custodierit illam, frustra vigilabit, qui custodierit eam.

*Parochus.* Omissas faciamus iam portas Sion, & ad tabernacula Iacob accedamus, & eorum explanacionem agnoscamus.

*Autor.* Ut integrum hoc fiat, oportet prænotare, quod

quod de duplice tabernaculorum genere mentionem sacræ paginæ faciunt, & primum hominibus, secundum autem diuinio cultui deseruiebat. Si de primo disputamus tabernaculorum genere, sciendum est quod tabernacula sunt domus portatiles, ubi cortinæ funibus distentæ, tabulis interstantibus, appenduntur, quibus tentoria sustinentur, & construuntur ad protegendum habitantes in eis ab ardore solis, frigore, pluvijs, & à ventis, prout docuere Diuus Gregorius lib. 8. Moral. cap. 32. Paulus Burgenensis super Psal. 14. & Nicolaus de Lyra super cap. 18. Actorum. Et sunt habitacula quædam eorum, qui semper in via sunt, & semper ambulant, nec itineris sui terminum repererunt, sicut adnotauit Origenes homilia 17. super Numeros. Et

*Q* Richardus de Sancto Victore super Psalmum 117. ait, *Origene Ricardus* proprium esse bellii atque militantium in tabernaculis habitare: & hinc contubernales milites dicuntur tanquam simili habitantes tabernacula. Si de secundo tabernaculorum genere sermonem contexere voluerimus, reperiemus quidem in pluribus tabernaculis quondam summi Dei cultum viguisse, ut potè in tabernaculo Moysi, de quo habetur in Exodi capite 25. & in tabernaculo David, de quo libro 2. Regnum, capite 6. & in templo Salomonis, de quo libro 3. Regum, capite sexto.

*Parochus.* De ipso tabernaculo Moysis explanacionem cupio à te vberiorem audire.

*Autor.* Moyses ex præcepto Domini (ut habetur loco proxime citato, & refertur ab Apostolo ad Hebreos cap. 9.) duo tabernacula fecit, sed utrumque unum duntaxat fuit tabernaculum: & diuidebatur velo quadam medio. Et habebat hoc tabernaculum triginta cubitos longitudinis, & decem latitudinis, & decem altitudinis, tectum habens æquale per totum.

Taberna-  
culum da-  
plex.

D. Greg.  
Burgen-  
Lyra.

totum. Sed in medio dependebat velum, quo sanctuarium & sanctuarij sanctuaria diuidebantur, hoc modo positum, ut viginti cubiti longitudinis ad priorem dominum, decem vero pertinerent ad secundam. Primum tabernaculum atque secundum, Ecclesiam praesentem atque futuram signauit. Ipsa enim Ecclesia partim adhuc peregrinatur in terris, partim iam regnat in caelis. Pars quae peregrinatur, figurata est per primum tabernaculum, pars autem quae regnat, per secundum. Velum, quod interpositum diuidebat primum tabernaculum a secundo, caelum designauit, quod nos in terris laborantes adhuc sua interpolatione separat a regno quiescentium sanctorum.

*Parochus.* Si Moyses, Dauid, & Salomon tabernacula fecerunt, & in ipsis Dei summi cultus viguisse recentur, quare ergo dicitur in nostro versu: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, & non dicitur, super tabernacula Moysis, vel Dauid, vel Salomonis?

*Autor.* Arbitror, quod per antonomasiā appellantur tabernacula Iacob, quia de ipso specialiter, & quasi per excellentiam dicitur tabernaculis inhabitasse, ut patet Genesios cap. 25. Iacob vir simplex habitavit in tabernaculis.

*Parochus.* Quānam tabernacula fuere ipsa, quibus Iacob inhabitasse prohibetur?

*Autor.* Hęc tabernacula, sicut quibusdam placet, fuerunt tabernacula Melchisedech, in quibus unus Dei cultus vigebat, quoniam Melchisedech erat Dei excelsi sacerdos. Fuit etiam tabernaculum Heber, qui fuit Propheta, ubi omnes ad se venientes diuina docebat. Sed, Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Deinde tabernacula Iacob possunt referri ad illa, in quibus filii eiusdem Iacob annis qua-

draginta

draginta habitauerunt, cum egressi de Aegypto peregrinati sunt in eremo. Et in huius memoriam praecipit dominus predictis filijs Israel apud Leuiticum, Leuit. 23. quod mense septimo per septem dies habitarent in tabernaculis. Et hunc morem & consuetudinem obseruantes Iudei, faciebant tabernacula, quando festum tabernaculorum celebrabant, de quo in Euangeliō Ioannis fit mentio.

### Ad mores.

**N**OS etiam, qui non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, quique incolae sumus & peregrini, debemus, dum in hoc mundo viuimus, in tabernaculis habitare, & tabernaculorum festum celebrare in terra, mentes nostras in caelum sursum leuantes, & omnia mundana paruipendentes, & pro nihilo putantes, ut sic extra Aegyptum mundi ambulantes, Deo sancti simus, quoniam ipse sanctus est.

*Parochus.* Qua in re potissimum, nunquid in abalienatione rerum temporalium, & exitu de Aegypto mundi, & tabernaculorum inhabitatione, contemptis seculi ciuitatibus, vera sanctitas consistit?

*Autor.* Hoc ut tibi penitus ostendam, diligenter inquirendum erit, quid hoc nomen, Sanctus, in Scripturis diuinis significet. In illis non solum homines sanctos appellari inuenimus, sed etiam primogenita animalium, quae Domino consecrantur, & similiter vestes sanctae Pontificis, & vasa sancta, & huiusmodi omnia, quae in solius Domini ministerium deputata sunt, & ad usus alienos accommodari non possunt, meritò sancta, id est, soli Domino sanctificata & consecrata dicuntur. His etiam obseruationibus & legibus etiam homo sanctus appellatur. Si quis enim se ipsum deu-

C uerit

uerit Deo, si quis exierit de Aegypto, & habitauerit  
in tabernaculis deserti, nullisque negotijs secularibus  
se implicauerit, non quærens ea, quæ sunt super terrā,  
sed quæ in cælis, iste meritò Sanctus appellatur. Do-  
nec enim permixtus est turbis Aegypti, & in multitu-  
dine fluctuantium volutatur, nec vacat soli Deo, nec  
est à vulgo segregatus, non potest sanctus appellari.  
Denique & sermo ipse in Græcalingua, quod dicitur,  
*Agios*, quasi extra terram esse significat. Quicunque  
ergo se consecrauerit Deo, meritò extra Aegyptum,  
extra terram, extra mundum, tanquam peregrinus in  
tabernaculis habitare debet, vt meritò cum Apostolo  
dicere possit: Conuersatio nostra in cælis est. Et pro-  
pter hoc Euripides aiebat: Bonum est extra negotia  
pedem habere, meliori consilio vtentem. Nam qui plu-  
ra facit, is & plurimum peccat, & sic stultus meritò di-  
cendus est, quisquis multa agit, ybi cessare licet, cùm Y  
iocundè possit tranquillus viuere. Hanc viuendi ra-  
*Antoninus*  
*Imperator*  
*S.Bonaventura*  
*Justinus*  
*martyr*  
tionem Antoninus Imperator se tenuisse fatetur, di-  
cens: Ab educatore meo didici nō immiscere me mul-  
tis negotijs. Et alibi idem ait: Ne verbosus sis, neque  
multa negotia suscipias. Ad hoc est illud per celebre Se-  
raphici Doctoris. Dilige solitudinem & silentium, &  
habebis quietem magnam & conscientiam bonam.  
Non sine causa Iustinus martyr rhonebat, dicens: Qui  
bene viuere vult, is nec videat multa, nec studeat audi-  
re, nec si audiat aut videat, audire aut cernere se existi-  
met. Forma enim tranquillitatis animi hinc dicit  
exordium. Qui autem multa tractat & agit, is &  
sibi ipsi iniuriam infert & proximis. Præterea ta-  
bernacula sunt munitiones militantium, ideo nos,  
quorum vita militia est super terram, militantes,  
non otio torpentes esse debemus. Nam etsi in carne  
ambulamus, non secundum carnem est nobis mili-  
tantum.

tandum. Arma etenim militiæ nostræ non sunt car-  
nalia, & ideo nemo militans Deo, implicat se ne-  
gotijs carnalibus. Ex his omnibus inferre licet, quodad Corin.  
cap. 10.  
Posterioris  
ad Timot.  
C.P. 2.  
et

si festum tabernaculorum, vt parest, celebrare cu-  
pimus, oportet vt abnegemus impietatem, & car-  
nalia desideria, atque secularia negotia, quæ mili-  
tant aduersus animam, conuersationem nostram  
inter gentes habentes bonam, vt sic Deo consecra-  
ti, Sancti esse possimus, iuxta quem sensum regius  
Propheta dicebat: Custodi animam meam, quoniam *Psal. 85.*  
Sanctus sum, id est, soli Deo sanctificatus & con-  
secratus.

*Parochus.* Ad alium nostri Psalmi versum breuiter  
festinemus.

*Autor.* Memor (inquit) ero Raab, & Babylonis sci-  
entiam me. Hac in parte ponitur alia ciuitatis Dei excel-  
lentia, propter quam dictum est: Gloriosa diæta sunt de-  
te, Ciuitas Dei. Haec tenus Propheta diuino spiritu af-  
flatus ex persona propria verba faciebat, nunc au-  
tem introducit Deum Optimum Maximum in hunc  
modum loquentem. *Memor ero Raab, & Babylonis sci-  
entiam me.*

*Parochus.* Nunquid Deum Opt. Maxim. potest obli-  
uio capere hominum, vt ipse dicat: Memor ero? Qui  
enim memor est, obliuisci etiam potest.

*Autor.* Memor esse dicitur Deus, non quod aliquan-  
do obliuionem subeat, quem si quis ex illi met homi-  
num obliuisci, amens est, & in Deum iacit indi-  
gnissimam contumeliam: imò in Deum non solum  
B non cadit obliuio, sed neque recordatio, quia  
immutabilis est, nec potest de contrario in con-  
trarium mutari. Diuinus tamen sermo loquitur Regula ad  
sapientiæ de Deo more humano, quod ad mo-  
dum obliuiscientis se quandoque exhibeat, dum intelligens  
dum sacras Scripturas

C. 3. non

non punit malos, aut quando bonos sinit opprimi à malis. Quandoque etiam tenet se ad modum rememoratis, quoties iustitiam in eos exercet, & erga pios misericordiæ dulcedine vtitur. Præterea, ex parte dicitur Deus obliuisci nunc electorum suorum, & ex parte rememorari. Dum enim eos pro bonis actibus in præsenti non remunerat, quasi obliuisci eorum videatur; dum autem mala in eis per flagella purgat, illorum rememoratur. In futuro autem iudicio contrario modo se exhibebit. Tunc enim rememorabitur bonorum vt remuneret, & malorum gestorum, quia hic punta fuere, nihil rememorabitur. Proinde vnde nunc suorum obliuisci videtur, inde tunc rememorabitur, & vnde nunc rememoratur, inde tunc obliuiscetur. Contra in reprobis erunt omnia. Eorum nunc Deus rememoratur, vt si quid boni fecerint, statim remunerentur, mala autem quasi obliuiscantur. In futuro autem eorum iniquitates rememorabuntur, cùm vnà cum eis æterno incendio tradentur, bona verò, si quæ fecerunt, tradentur obliuioni, & ipsis à supremo Iudice dicetur: Nescio vos. Et, Discedite à me omnes, qui operati estis iniquitatem.

Matth. 25.  
Psal. 6.  
Præterea. Interdum, quia non punit malos, obliuisci dicitur Deus facta malorum, tanquam dormiens crapulatus à vino, qui non facile expurgiscitur: sed delictorum excitatus importunitatibus, multò iracundius multoq; validius postmodum exurgit, prout regius vates affirmat: Excitatus est, inquit, dormiēs Dominus, tanquam potens crapulatus à vino. Qua virtute? qua potentia? imò quali iracundia? Subsequenter dicitur. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Lento quidem gradu ad vindictam ira diuina procedit, sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Tantò sustinet patientiū,

Dei recordatio & obliuio.

tiūs, quantò sapientius, ita vt improbi existiment ipsum, aut non videre mala, quæ in terris fiunt, aut de illic non curare. Sed citra dubium curat & videt, qui per Prophetam loquitur, cùm ait: Nonne hæc cōdita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. Et, Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Et, Existimasti iniquè, quod ero tui similis, ar- Psal. 49. guam te, & statuam contra faciem tuam. Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & nō sit qui eripiat. Quare si præ nimia patientia videtur Deus obliuisci quandoque iniquitatum, nihilominus cùm ad vltionem surrexerit, reminiscetur etiam mini-  
**E** morum. Ex quo manifestè liquet, quid sit Deum obliuisci, & quid memorem esse. Et ex consequenti, quid significet id, quod dicitur: Memor ero Raab & Babylonis, dum nihil sibi vult, quām si diceret: In ipsis gentes magna conferam beneficia. Quod inferius, aperi- tiūs multò dilucidabitur.

*Parochus.* Explanare oportet, quid in hoc loco significationis habeat Raab, cùm dicitur, Memor ero Raab, &c.

*Autor.* Prius quām interrogationi tuæ faciam satis, Iesue. 2. scias velim, quod Raab fuit meretrix de Iericho, quæ hospitio suscepit exploratores, & legatos filiorum Israhel, & cùm quærerentur à Rege Iericho, vt occiderentur, abscondit eos in superiori parte domus suæ, & seruauit eos incolumes, & dimisit eos per fenestram.

**G** *Parochus.* Id quod Raab exploratoribus præstítit opus clementiæ & pietatis, significat ne aliquid in Ecclesia Dei faciendum?

*Allegorice.*

*Autor.* Quid in sensu historico significationis prædictus locus haberet, iam vidisti, sed in allegorico li-

Allegoriæ  
cus sensus  
quid sit.

C 3 cebit

cebit exponere. Est enim sensus allegoricus, quando ea, quæ sunt veteris Legis, significant ea, quæ sunt nouæ Legis. Et sic Raab illa meretrix figura fuit Ecclesiæ, quæ cum fuisset ex gentibus meretrix, & culturis Idolorum commaculata, suscipiens speculatores Christi Domini, idest, Apostolos, in domum pectoris sui per verba ipsorum abscondit eos sursum in memoria capitis sui, ut non iaueniret eos diabolus mundi princeps, nec perderet eos, qui signo rubri sparsi, & per fenestram demissi, quasi per indicium Dominicæ passionis saluata & educta de mundo, & castificata facta est sponsa Christi. Huius interpretationis est autor D. Ioan. Chrysostomus tomo 2. homilia 5. de Poenitentia, pag. 474. Et tomo 3. homilia prima in cap. primum Matthæi, pag. 479. Et eodem tomo 3. homilia 49. in cap. 24. Matth. pag. 722.

G

*Ad mores.*

*Tropologicus sensus.* Tropologicè, hoc est moraliter prædictum factū exponendum est, quoniam significat ea, quæ nos agere debemus ad morum compositionem. Raab itaque suo facto docet, quanto affectu, quantaque pietate, & charitate sunt Christi discipuli, hoc est, debiles, infirmi, & inopes, ac Religiosi euangelicæ paupertatis sectatores hospitio recipiendi, propter ipsum Christum, quitalia misericordiæ ac pietatis opera non euauat à mercede. Ea enim quæ fiunt Christi fidelibus, reputat sibi fieri Christus, & hoc tam in factis malis, sicut Actorum cap. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? idest, fideles meos, quām etiam in bonis factis, vt patet Matth. cap. 25. vbi idem Dominus ait se esse receptum in discipulis suis. Huiuscēdē mirifice lectionis Euāgelicæ dulcedine illectus D. Benedictus suis monachis in regu-

Aarum.

D. Benedic-tus.

in regula præcepit, dicens: Omnes superuenientes hostes, tanquam Christus, suscipiantur, quia ipse dictus est, Hospes fui, & suscepisti me. Omnibus venientibus, siue discedentibus hospitiis, inclinato capite, Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Pauperum, & peregrinorum maxime, susceptio omni cura sollicitè exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur. Quia ipse dixit: Quod vni de his minimis meis fecisti, mihi fecistis. Haec tenus D. Benedictus. In promptu sunt nobis illa exempla præclara Abraham & Loth, quando hospitio suscepserunt Angelos, in quibus representabatur ipse Deus trinus & unus, etiam si prius homines esse intelligerent. Sicut quādo pescator iacto in mare reti pescem quidem attrahit, & frequenter attrahit & aurum, & margaritas: itidem & Abraham & Loth hospitalitatis reti captates homines, pescati sunt

Matth. 25.

Genes. 18.

Genes. 19.

Simile.

I tandem & angelos, quodq; mireris, inscij. Id quod & Hebr. 13. Paulus in horum laudibus dixit. Sectamini hospitalitatem, per hanc enim quidam inscientes hospitio excepterunt Angelos. Lege D. Chrysost. concione secunda de Lazaro. Sed his temporibus, quibus iam friget charitas, & regnat crudelitas, horrendum dictu est, quod canes aluntur, nunquam deest illis, neque cibus, neque hospitium, fratres vero Christi, ob hominum stupiditatem, ob supremam ipsorum insaniam deteriore, quām canes, sunt conditione. Audiant hæc homines hi, qui nullo hospitio pauperes Christi exceptant, ianuasque suas occludunt, & neque hyeme neque noctu, solo tegmine peregrinos, aduenasque suscipiunt.

D. Chrys.

L Legendi sunt circa materiam istam Basilius Magnus homilia octava Hexameron. Isidorus Clarius tomo primo, oratione vndecima. Diuus Chrysostomus tomo 3. super cap. 25. Matthæi. Cateamus, ne si nos duri in hospitium receptione fuerimus, post hanc vitam

D. Basilius.

Isid. Clar.

D. Chrys.

C 4 nobis

nobis hospitia sanctorū denegentur. Ad hoc est illud exemplum mirabile, quod super caput 19. Sapientiæ refert Rupertus Holchoth de quodā Senatore Romano, qui sibi Castrum construxit pulcherrimum, super cuius ianuam sic metricè scripsit.

*Decretum detur, Ne dormiat aut epuletur*

*Hic gens villana, sed Achilles, Plato, Diana!*

Intendens per hoc statuere, quod nullus in illo castro ad hospitium vel prandium recipere tur, nisi esset miles, vel Philosophus, aut Domina nobilis. Cui Senatori apparuit Christus in somnis, & ait: Me & meos à castro tuo conaris excludere, propter quod & te à Castro meo, quod est cælum, debeo iustè priuare. Cum ergo Senator foribus vitæ iam proximus esset, Iudicialem sententiam accepturus, interposuit se supplicans matri Dei, quæ obtinuit Senatori vitæ prolongationem, & præcepit illi, quod versibus M illis deletis, hospitalitati deuotè se daret, & loco illorū hos versus protulit, ut scriberet:

*Muta decretum, Sanctorum suscipe catum,*

*Nudum, Martinum, Iacobum, Lazarum, peregrinum.*

Vt per hoc intelligeret se Deo, & eius genitrici potissimum inseruire, si omnes egentes hospitio recipere, cuiuscumque status essent & conditionis. Lege etenim euangelica monemur, vt misericordiam proximis nostris præstemus. Proximus autem debet censi, quicunque nostro indiguerit auxilio, siue pauper, siue diues, siue fit gentis nostræ, siue extraneus à patria prout præclarè quidē adnotauit Scotus Doctor subtilis in 3. sent. dist. 30. in responsione ad primū, ubi ait, quod illa responsio Christi Domini ad Pharisei interrogationē, Quis est proximus meus? debet sic intelligi: Proximus N dicit relationem æquiparantiz, sicut amicus vel frater, igitur si facies misericordiam est proximus, quod habe-

Scotus

Luca 10.  
Relatio  
æquiparantiz.

habebatur ex responsione Pharisei, sequitur quod ille, cui facta est misericordia, habebatur apud eum tanquam proximus. Non erat gentis suæ, nec sibi ligatus ex natione, sed extraheus ex patria. Et addit idem Scottus verba quædam ad nostram eruditionem & ædificationem notatu dignissima. *Igitur quilibet, quantumcumque extraneus (ait Scottus) cui ego possum seruire, in necessitate est habendus ut proximus.* Et hoc est, quod ibi Luc cap. 10. dicit Saluator, Vade, & tu fac similiter, id est, habeo pro proximo tuo omnem, cui potes benefacere, etiā si sit tibi extraneus. Nos igitur benefaciendo proximis nostris, Deo per omnia placere studeamus.

*Parochus.* Age nunc, ad instituta redeamus, & ostende, vtrum hoc in loco, ubi dicitur: *Memor ero Raab*, sit Raab nomine proprium illius mulieris, quæ recepit hospitio nuntios & exploratores filiorum Israel, de qua hucusque mentionem fecimus, & eius occasione de:

O hospitalitate disputauimus?

*Autor.* Minime certe, sed est nomen appellatum, & significat gentem Aegypti, ut Scripturæ sanctæ post Lyranus, stillator ostendit.

*Parochus.* Huius rei gratia discutiendum tibi erit in præsentiarum, quare rebus nomina imponuntur & permuntantur: siquidem Aegyptiorum genti, nomine proprio permutato illi nouum imponitur, Raabque vocatur.

*Autor.* Non solùm pijs hominibus, & sanctis, sed etiam impijs nomina in sermonibus sacris permuntantur, & noua imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Quoniam autem ratio, quam significat nomen, est definitio, quæ designat propriam rei naturam, prout Philosophus doct. Aristoteles libro 4. Metaphysicæ, inde est, quod à proprietatis rerum nomina debent imponi, quæ naturis

C. 5. rerum

Scotica  
verba no-  
tatu & imi-  
tatu di-  
gnissima.

rerum sint congruentia, prout Sanctus Thomas do-  
cuit 1. parte quæstione 94. articulo 3. in argumento,  
S.Thom. Sed contrà.

*Parochus.* Cedo aliqua exempla de pijs hominibus,  
quibus nomina sunt permutata, & nomina imposta  
noua, & hoc apud volumina sacra.

*Autor.* De ipsis Scriptura diuina exempla quamplu-  
rima offert. Nanque omnibus satis superque notum ar-  
bitror, cur Abram dictus sit Abraham, & Sarai Sara,  
Genes. 11. & Iacob Israel. Doceamus autem, quòd mos iste habe-  
Genes. 17. batur etiam apud barbaros. Nonne vñus ex filiis Ia-  
Genes. 17. cob à parentibus suis Ioseph nomen acceperat? Cùm  
Genes. 32. autem transiisset in Aegyptum, & steriisset ante Pha-  
Genes. 30. raonem, commutauit nōmē eius, & de Ioseph cognoscin-  
Genes. 41. auit eum *Psomphane*, quod lingua sua Pha-  
raon de secretorum, vel somniorum reuelatione com-  
Dan. 1. posuit. Audi etiam, quid fecerit Nabuchodonosor Ba-  
byloniorum Rex. Postea quām captiuos duxit in Ba-  
bylonem Ananiam, Azariam, & Misaelem, non reli-  
quit eorum nomina prima, sed vocavit eos Sidrach,  
Misach, & Abdenago. Similiter & Daniel nominatur  
Balthasar. Hoc autem siebat, vt per nōminūm imposi-  
tionem se captiuos & seruos agnoscerent. Quoniam  
mos est & consuetudo cuiuslibet domini, qui seruum  
mercatus est, & ostendere vult se dominum serui, nō-  
mē illius immutare. Sic enim (vt ad nostra veniamus)  
Christus Dominus immutauit nōmen Simonis, & vo-  
cauit nōmen illius, Petrus. Et Saulus, cùm lumine fidei  
Actor. 13. esset illustratus, Paulus est vocatus, vt inde discerent  
Petrus & Paulus se habere dominum, cuius essent ipsi  
serui. Et Petrus quidem seruum se Christi fatetur,  
dum in posteriori epistola inquit: Simon Petrus, ser-  
uus, & Apostolus Iesu Christi. Similiter & Paulus R  
Petri 1. ad Romanos ait: Paulus seruus Iesu Christi. Et ad Ti-

Marcii 3.  
Actor. 13.

Petri 1.  
Rom. 1.

tum,

tum, Paulus seruus Dei. Et ad Philemonem, Paulus Titum 1.  
vincitus Christi Iesu. Nominum ergo impositio domi Philem.  
nij signum est & præcipuum.

*Parochus.* Vnde constare poterit aperte, quòd  
nominum impositio signum est dominij manife-  
stum?

*Autor.* Ex his, quæ Dominus cùm Adam egit, per-  
spicuum erit. Volens enim Dominus illum do-  
cere, quòd eum principem, & omnium dominum  
fecisset, adduxit ante ipsum omnia animantia terræ, Gen. 2.  
vt videret, quid vocaret ea. Et quoniam Adam sci- S.Th. 1.p.  
uit naturas omnium animalium, inde est, quòd 9. 24. ar. 3.  
ipsi nomina imposuit, vt per hoc demonstraretur, quòd in arg. Sed  
Deus Optimus Maximus eum ipsis præfecisset, contra. &  
doquidem omnia subiiciebat sub pedibus eius, oves in corp.  
& boues vniuersas, insuper & pecora campi, &c. Do- Psal. 8.  
minum ergo nominum impositio planè restatur. Le-  
ge Diauum Chrysostomum tomo 5. homilia de con- D. Chrys.  
uerzione Pauli.

*Parochus.* Iam de impijs hominibus exempla mon-  
strato.

*Autor.* Impijs etiam hominibus, bestiarum mo-  
re viuentibus, bestiarum nomina imponuntur. Nam  
homo cùm sit mansuetum animal, rationale, & be-  
nignum, cùm contraria suæ naturæ facit & neglig-  
gentia mores suos in ferinos vertit, idcirco diuina  
Scriptura propter affectiones illas interturbantes,  
ab irrationalibus & feris agnominationes his, qui  
ratione insigniti sunt, imponit. Interdum canes ob stu-  
piditatem, impudentiam, & impetum vocat, dicens  
apud Isaiam: Canes muti, non valentes latrare, vi-  
dentes vana, & dormientes, & amantes somnia. Inter-  
dum ob libidinem, equos, vt apud eundem, Equie-  
rum caro. Similitudo sistit in hoc. Nam sicut equi Isa. 3. 14.  
in foemi-

in foemina insaniebant, ita vnuquisque vxori proximi sui adhærebat. Interdum verò asinos ob ruditatem. Comparatus est homo, inquit psaltes, iumentis insipientibus. Interdum leones & pardos ob rapacitatem & habendi auditatem. Aliquando aspides ob fraudulentiam. Psalm. 13. Venenum aspidum sub labijs eorum. Nonnunquam serpentes & viperas ob latens venenum & malitiam, sicut apud Matthæum. Matth. 23. Serpentes & genimina viperarum. Insuper & alia alijs affectionibus correspondentia nomina imponit, vt sic vel tardè confusi ad suam aliquando redeant nobilitatem, & suo generi confederentur, affectionibusque suis diuinis leges præferant. Cùm autem gens Alexandriæ, quæ est in Aegypto, esset inflata nimis, atque superba, ideo regius vates, nomine suo permutato, nomen Raab imponit illi, quod teste Lyrano superbiam significat, siue superbam. Tempore nanque Moysis fuit rebellis valde, sed post Christi Domini mortem Euangelium à Beato Marco ibi prædicatum humiliter suscepit.

*Parochus.* Ulterius progrediamur, & videamus significati quid habeat illud verbum Babylonis, vbi dicitur: *Memor ero Raab, & Babylonis.*

*Autor.* Non loquitur hic Propheta de Babylone, quæ est in terra Chaldæorum, vbi regnauit Nabuchodonosor, quoniam illa subuersa funditus, solo coæquata, & prorsus inhabitabilis esse memoratur, sed de Babylone, quæ est in Aegypto, in qua Fides Christi Domini prædicata & propalata fuit per Diuum Matthæum. Vel per Babylonem potest intelligi Roma, prout habetur prima Petri, vbi dicitur: Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta, id est, Romæ, vbi Petrus & Paulus Euangelicam veritatem prædicarunt.

*Parochus.*

X *Parochus.* Vnde poteris palam facere, quod nomine Babylonis Roma signetur?

*Autor.* Si diuinorum literarum expositoribus est habenda fides, sic prædictum Beati Petri locum in suis scriptis expositum cernemus. Lege glossam Hugonis Cardinalis, & Nicolai de Lyra, & interlinealem, & alios quosuis super adductam autoritatem interpretes, & ita (vt explanaui) elucidatam perspicias.

*Parochus.* Interpretaminor, quid sibi velit illud, scientium me, cum dicitur in versu à nobis assumpto: *Memor ero Raab, & Babylonis scientium me.*

*Autor.* Idem est, ac si diceret Dominus, Ipsi scient me, & Fidem meam recipient, quoniam ab ante me non cognouerant.

### Ad mores.

**I**N hoc, quod est scire, & nosse Deum, stat nostra omnium felicitas & vita æterna. Hæc est autem vita Ioan. 17. æterna (loquitur Filius Patri) ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Et ipse Dominus per Ieremiam aiebat: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me.

*Hoc est nescire, sine Christo plurima scire;*

*Si Christum bene scis, satis est, si cetera nescis.*

Imo eo ipso, quod Deum scire contendimus, omnia terrena ignoramus, & seculi sapientiam calcamus. Propter hoc monebat Apostolus Romanos, dices: *Vobis sapientes esse in bono, & simplices in malo.*

*Parochus.* Quomodo potest idem esse sapiens & simplex, doctus & indoctus?

*Autor.* Respice ad artes, quæ in vsu hominum habentur, quomodo ille, qui sapientissimus est grammaticus,

Jerem. c. 9.  
prioris ad  
Cor. ca. 1.  
& posterio  
ri ad eoldæ  
cap. 10.

Simile.

ticus, in arte fabrili insipientissimus inueniatur. Vel rursus sapientissimus gubernator, quomodo in arte medicinæ inuenitur insipiens. Sic ergo possibile est in his, quæ ad Deum pertinent, esse quempiam scientissimum, & in his quæ ad seculum pertinent, esse inscientissimum. Sed nimis infelix est habendus ille homo, qui scit hæc omnia temporalia, Deum autem nescit. Beatus certè ille censeri debet, qui Deum scit, etiam si secularia nesciat. Qui verò Deum & secularia nouit, non propter illa beatior, sed propter Deum solum beatus est, si cognoscens Deum, sicut Deum glorificat, & gratias agit, nec euaneat in cogitationibus suis. Ait ergo Dominus per Prophetam: *Memor ero scientium me: hoc est, in eos qui me sciunt, ut par est, magna in hoc seculo beneficia conferam, & præmia æterna in futuro.*

*Parochus.* Nisi alia supra versum prædictum in medium adducenda tibi restant, ad sequentem properato.

*Autor.* Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Pro verbo illo, alienigenæ, Beatus

D. Hiero. Hieronymus transtulit ex Hebræo: Ecce Palæstina, A Ibi enim aliquando Fides catholica valde viguit. Et

Tyrus. Tyrus & Sidon prædicantibus Apostolis crediderunt, & deuotione tanta fuerunt inflammati, quod Ecclesiæ ædificauerunt, & prædicatoribus necessaria suppeditauerunt, & inde beatum Paulum abeuntem omnes cum vxoribus & liberis ad naties usque

Actorum. prosequuti sunt, ut habetur Actorum capite 21. Et populus Aethiopum. Aethiopia quidem per prædicacionem Matthæi Apostoli recepit Euangelicam veritatem, prout Dicit Hieronymus docet. Hi fuerunt illic. Hoc ut intelligatur, animaduerti debet, quod mos est usitatissimus apud Prophetas tempus præteritum pro futuro

futuro collocare, & hoc ad insinuandam Prophetiæ certitudinem. Est & illa de temporibus figura, per quam quædam, quæ futura sunt, quasi iam gesta narrantur, ut est illud Psalmi: Foderunt manus meas. Et, Diuinerunt sibi vestimenta mea, &c. & his similia, *Psal. 23.* B in quibus futura, tanquam si iam facta sint, ita dicuntur.

*Parochus.* Cur, quæ adhuc facienda erant, iam facta narrantur?

*Autor.* Quia, quæ nobis adhuc futura sunt, apud Dei æternitatem iam facta sunt. Quapropter hæc est appositissima regula ad sacros sermones expōnendos. Quando aliquid faciendum esse prænuntiatur, secundum nos dicitur, quando verò, quæ futura sunt, iam facta dicuntur, secundum Dei æternitatem accipienda sunt, apud quem iam omnia facta sunt, quæ futura sunt. Secundum regulam istam facile est intellexitu, quod dicitur: *Hi fuerunt illic.* Vbi ponitur præteritum circa Dei præsentiam, pro futuro circa nos. Et est sensus: In Ecclesiam meam, dicit Dominus, non solum unum, sed multos etiam ac diuersos introducam. Memor ero Aegyptiorum, & Babyloniorum, & eorum, qui sunt in Palæstina & Tyro, & Aethiopia, omnes isti erunt in Ecclesia mea, & hanc multarum gentium diuersitatem in confessione mei nominis adunabo. Hoc præuidebat Isaias, & quasi iam factum annuntiabat, dicens. Leua in circuitu ocu-  
los tuos, & vide. Omnes isti congregati sunt, vene-  
runt tibi.

*Isiae. 9.  
Lucæ 13.*

*Parochus.* Quod sequitur deinde, venit inquirendum. Nunquid Sion dicet? Homo, & homonatus est in ea, & ipse fundavit eam. Altissimus. Videtur implicare contradictionem, quod aliquis existat ciuitatis cuiuspiam fundator, ante quam ipse fundator nascatur, & quod

& quod sit ante ciuitatis fundationem, & quod natus sit in eadem ciuitate iam fundata.

*Autor.* Hoc de nullo alio vrbis Conditore potest verum esse probari, nisi de rege Christo, in quo secundum Fidem orthodoxam est duplex natura, diuina & humana, in una eademque persona & hypostasi diuina, quae quidem est ab aeterno, ante Ecclesiam constitutionem, & tamen in eadem Ecclesia per Sion significata natus memoratur, quoniam natus est de virgine Maria, quae est praecipua pars Ecclesie, *Homo natus est in ea.* Ad hoc est illud Ieremiæ. Foemina circundabit vi-  
rum, scilicet perfectum. Christus namque Redemptor ab instanti suæ conceptionis in utero matris fuit homo perfectus, habens animam rationalem virtutibus & scientijs perfectam, & corpus omnibus lineamentis distinctum, licet non secundum quantitatem corporis perfectum. *Et ipse fundauit eam Altissimus.* Ipse (inquit) homo Christus, qui est Altissimus secundum naturam diuinam, fundauit Virginem, caelesti gratia illam confirmando, ita quod nec mortaliter, nec venialiter peccaret, nec originale, gratia præueniente, contraheret. Quoniam autem hoc tantum mysterium omnem cognitionem naturalem & humanam excedit, idcirco absque reuelatione diuina credi minime poterat, & haec est ratio, propter quam dicitur: *Nunquid Sion dicet: homo, & homo natus est in ea?* Quasi dicat: Nunquid homini puro, annuntianti hoc tantum mysterium, scilicet, quod aliquis natus in ciuitate fundasset eam, ante quam ipse fundator nasceretur, est habenda fides? Quasi dicat, Minime quidem. Et propterea subiungit Prophetæ, dicens:

*Dominus narrabit in Scripturis populorum, & principum hominum, qui fuerunt in ea, nempe, ciuitate.* Ethoc dicitur, quia Deo reuelanti credendum est. Ipse Deus nar-

bit:

bit: quoniam Christus Dominus nihil scripsit, sed scribere Euangelia Euangelistis inspirauit. Præterea, potest alio modo sic exponi. Nunquid Sioni, vel ad Sion dicet homo, id est, Ioannes Baptista, de quo dicitur: *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes.* Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Et vt credatur Ioanni testificanti, Dominus narrabit in Scripturis populorum, id est, Doctorum catholicæ Fidei, & principum horum, qui fuerunt in ea, id est, Apostolorum & Euangelistarum. Omnes enim diuino numine afflati, simul cum Prophetis testimonium perhibent de rege Christo, remissionem peccatorum accipere omnes gentes in nomine eius.

*Parochus.* Exponendus iam veniat ultimus nostrum carminis versus. Expedito ergo perge gradu, & eo, quo incœpisti, perfice stylo, atque eius interpretationem absolute.

*Autor.* *Sicut letantium omnium habitatio est in te.* Nunc Deum Optimum Maximum alloquitur Prophetæ, & statum beatitudinis aeternæ alta mentis consideratione contemplans, ait: *Sicut letantium omnium habitatio est in te.* Id est, omnes qui habitant in domo tua (Domine) in secula seculorum te Deum laudantes, lætitia sempiterna perfunduntur. Notat Paulus Burgenensis, quod non dicit simpliciter, Lætantes erimus, sed, *Sicut letantium,* quia talis erit lætitia futuræ beatitudinis, qualem hic non nouimus exprimere. De illa nanque differere nihil aliud est, quam si cæcus de luce loqueretur, sicut D. Gregorius ait, libro 27. Moral. cap. 26. & ideo cum non possit regius vates explicare, qualis quantaque sit ista lætitia Beatorum, de illa loquutus est, prout potuit, quia (vt Isaías ait) oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus.

*Isaiah 64.  
Prioris ad  
Cor. c. 2.*

tibus te. Et propter hoc ait Dauid: *Sicut letantium*, idest, Hoc tantum dicere queo, quod beati habitabut in gloria, sicut qui laetantur coram te. Ad maiorem praedictorum intelligentiam notandum censeo, quod illud aduerbiū similitudinis, *sicut*, non significat ibi similitudinem, sed aequalitatem, vel identitatem, prout in illo Ioannis: Vidi mis gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti a Patre. Illud, *quasi*, non similat, sed identificat. Et est sensus, gloriam quasi Vnigeniti, idest, ut decebat Vnigenitum Dei. Exempli gratia. Si aliquis vidisset Regem multiplici gloria & autoritate maxima incidentem, & interrogatus ab aliquo, qualiter Regem vidisset, & vellet se expedire, illam multiplicem gloriam & autoritatem maximam posset uno verbo exprimere, dicens, quod Rex incedebat sicut Rex, idest, sicut Regem decebat: Ita regius Propheta quasi interrogatus, qualis esset gloria Beatorum in cœlesti ciuitate Dei, respondet: *Sicut letantium omnium habitatio est in te*. Quasi dicat. Sic est, ut decet eos omnes, qui habitant in æterna beatitudine.

### Peroratio.

**S**IMILIA. **H**A NC æternam beatitudinem præ mentis oculis habentes contemplemur, & statim hæc omnia nostra ut exigua & minima contemnemus. Recor demur quām iocunda sit quiete, quām delectabilis repausatio, post depositum alicuius gravissimi oneris fascem. Quām dulce sit post longæ captiuitatis catenas ad charam patriam, recuperata libertate remeasse. Quām pretiosum sit post multa nauigationis pericula ad optatam terram, atque ad portum desiderabilem peruenisse. Atque ex his colligamus & cognoscamus, quām iocundum erit, comite bona conscientia, ad vera &

ra & solida gaudia, atque ad Angelorum transire consortia, & ad illam beatam vitam concendere, vbi nulli erunt labores, nulla damna, nullaque incommoda, & ( quod supra omne bonum est ) nulla peccata, sed æterna innocentia, inuiolata iustitia, inconcussa securitas, atque sempiterna felicitas, vbi exultant omnes Sancti, laetantur in cubilibus suis, quorum, sicut laetarium omnium, habitatio est in Deo totius gloriae fonte perenni. Et hæc pro literali & mystica huius Psalmi elucidatione dixisse sit satis.

D 2 PRAE-

P R A E F A T V S  
 PSALMVS OCTVAGESI-  
 MVS SEXTVS BEATISSIMAE  
 VIRGINI, EIVSQVE IMMA-  
 CVLATO CONCEPTVI  
 ADAPTATVR.

*Autore R. P. F. Petro Varonade Valdiniel-  
 so, verbi diuini concionatore, ac sacra Theo-  
 logia positiva Lectore, Ordinis Mino-  
 rum, obseruantia regularis pro-  
 vinciae Castellæ.*



S AL M A N T I C A E

*Apud Ioannem & Andream Renaut.*

---

M D X C V I.

D I D A C V S . V A-  
ronade Castilla Valdiuielsa-

nus, Fratri suo huius operis Autori,  
Sapphicum carmen.

**Q**VO canam laudes, Pater, ipse plectro,  
Et tuae mentis rutilum nitorem,  
Quo tuas dotes, animiqꝫ gazas.  
Carmine tangam?

Iure te tellus celebret per ænum,  
Persones vates, Durium, Tagumqꝫ,  
Nuncqꝫ præstantes volites secundus  
Hesperias per.

Sis decus vastum penitus per orbem  
Incola Gangis, Caramantis, Indi,  
Labitur Nilus rapido boatus,  
Quaqꝫ canat te.

Qui bibunt Bathim, Ligerum frementem;  
Quiqꝫ Meandrum, rapidum Lycornam,  
Qui simul flatum Tyberim, Matronam,  
Quiqꝫ Garumnam.

Non quòd hic grandes recolas triumphos,  
Herculis casus, variasqꝫ pugnas,  
Non quòd insignes thalamos virorum,  
Non quod honores.

Neuè quo pacto Tarazonæ Regem,  
Non feræ gentes animis tremendis,

Acriter.

Acriter verò celebris Varona  
Pralia gesse.  
Regna non mundi decoras subacta,  
Monstra non clana superata pingis;  
Neuè commendas Helicone natas  
Carmine Musas.

Sed quòd offendis pia regna cali,  
Verba Regnantis pariterqꝫ arcana  
Pandis ignaris, bene vel peritos  
Efficiis vii.

Quidquid innectis specimen decoris,  
Nobilis virtus semita superna,  
Grata quaæ pandis memoranda dulci  
Concinis ore.

Paginas sacras tenet hoc volumen  
Omne quod Scotus didicitqꝫ Thomas,  
Quodqꝫ Doctores tenuere sacri  
Hic quoqꝫ promis.

Sponte quòd debes properare posthac,  
Indies præbens meliora, quaqꝫ<sup>z</sup>  
Iam quibus Sanctæ Fidei rebellis  
Quiisque pauescat.

D 4 DOMI-

D O M I N I C V S  
Varonade Castilla Valdiuiel-  
sanus Authoris frater pio Lectori  
Epigrammaton.

**V**irginis egregium supra quis quis honorem  
Diligit, hac placido lilia corde legat.  
Pulchricomi flores isto nascuntur in horto,  
Undique cælestis fragrat odoris ager.  
Quoquot ab infecta primi radice parentis  
Descendunt, maculam, lege volente, trahunt.  
Si quis ab hac celi magnam non excipit alti  
Reginam, misere fallitur ille miser.  
Quam bene deuoti cordis sententia tantum  
Diuina teneat non caruisse manu.  
Quam bene qua contra soluantur inania, Lector,  
Clarius hic clara cernere luce potes.

P R A E F A T V S  
Psalmus 86. Beatissimæ Vir-  
gini, eiusque immaculato conce-  
ptui adaptatur.

*Interlocutores, Parochus quidam & Autor.*

**V**T O R. Tempore iam inuitante mone-  
mur, ut aliquid de Virgine sacra dicamus,  
& ut id præstemus, expositum Psalmum  
etiam de ipsa literaliter scriptum ostenda-  
mus. Nam cum Cytharœdus Rex diuina contempla-  
retur arcana; & cerneret inter ipsa quandam pul-  
cherrimam virginem electam à Deo, ut Theoticos  
esset in admirationem raptus incredibilem, in hæc ver-  
ba prorupit. *Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.*

**Parochus.** Si memoratus Psalmus literaliter exponi-  
tur à sacris interpretibus de Ecclesia catholica, quid  
est quod intendis eundem etiam de beata Virgine lite-  
raliter interpretari?

**Autor.** Sacrarum literarum interpretum neminem  
latet, vnum eundemque sacri sermonis locum sibi  
fortiri posse multiplicem sensum literalem, sine eo  
quod ex hoc aliquid inconueniens proueniat. Quod  
planè dupli discursu, ratione, videlicet, & autorita-  
te probabo. Ratio erit desumpta ex Sancto Thomæ S. Thomæ  
1. parte, quæstione 1. articulo 10. in corpore. Sanctæ  
etenim Scripturæ autor est Deus, comprehendens  
**X** suo intellectu omnia simul. Ergo non est inconue-  
niens in una litera Scripturæ secundum sensum litera-  
lem esse plures sensus. Probatur consequentia. Quia  
sensus literalis est illa prima significatio, qua voces  
signi-

significant res, & quem autor Scripturæ intendit. Deinde ad huius confirmationem adduco autoritatem Diui Augustini, libro duodecimo confessio- num afferentis non esse inconueniens, si etiam se- cundum literalem sensum in una litera Scripturæ plures sint sensus.

*Parochus.* Ex multiplo ergo eiusdem literæ sensu literali nulla poterit esse certitudo intenti sensus ab auctore. Probatur, quoniam unusquisque interpres expositionem literalem, quam ipse protulerit, alijs expositionibus literalibus aliorum interpretum præferendam existimabit. Et cum auctoris intentum non posset aliatenus cognosci, vel omnes expositiones sunt amplectandæ veluti literales, vel omnes repudiandæ quasi dubiae, quænam earum sit sensus literali magis consona. Non enim est maior ratio, cur haec recipien- da, & illa explodenda, quam haec rei cienda, & illa sit admittenda.

*Autor.* Multiplices vnius literæ Scripturæ interpre- tationes literales, vel sunt conformes Scripturæ, & expositionibus Sanctorum, & Ecclesiæ autoritati: vel sunt repugnantes: si sunt conformes, nullum sequitur O inconueniens, quod amplexentur omnes, vel quæ ma- gis literalis appareat: si vero fuerint repugnantes, de- bent explodi atque contemni. Vnde quanvis literaliter explanauerim præfatum Psalmum de Ecclesia ca- tholica, possim, & optimè quidem, eundem literaliter etiam de sacra Virgine interpretari. Quod enim li- teraliter de toto dicitur, potest similiter literaliter dici de præcipua eiusdem totius parte, quæ quidem est Bea- ta Virgo respectu Ecclesiæ. Et sic diuinus vates cœle- sti spiritu plenus ait. *Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.*

*Parochus.* Esto sic, ostende iam, quo pacto Virgo sa- cra est ciuitas Dei.

*Autor.*

*Autor.* Certum est, quod Virgo sancta multa est per similitudinem, quæ non est per proprietatem. Per similitudinem enim speculum dicitur, quoniam purum speculum si Soli obijciatur, usque adeo eius splendorē participat, ut Solis ipsius imaginem quodammodo re ferre videatur. Quæ res in hac purissima Virgine maxi- me quadrat, quæ Solis iustitiae splendoribus irradia ta ipsum Solem eximia virtus sanctitate repræsentat, ut, ut potè in cuius moribus nihil nisi diuinum atque cœlestis apparebat. Præterea Paradisus per similitudinem nuncupatur, quia sicut plantauit Deus pa- radisum voluntatis, in quo posuit hominem, quem formauerat: sic paradisus iste voluntatis omnium spi- ritualium deliciarum, omniumque virtutum & gra- tiarum floribus adornatus manu diuinæ sapientiae consitus fuit, ut in ipso secundus Adam mundi Condi- tor & instaurator collocaretur. Alia etiam nomina à creaturis insensibilius desumpta secundum simili- tudinem, non proprietatem, sacra Virgo sortitur, sicut in præsentiarum patet, ubi dicitur: *Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.* Ciuitas Dei appellatur propter excel- lentiam, quam super omnes sanctos habet, & propter maiorem amplitudinem, quam in ea Deus Opti- mus Maximus inuenit. Similitudinis ratio haec est. Si- cut in qualibet ciuitate tria debent esse, ut potè multi- tudo liberorum, quia si est unus tantum vel pauci, non erit ciuitas, & similiter debent esse serui. Sic omnes fideles liberi & serui habitamus intra mœnia huius diuinæ ciuitatis Dei, dum suo auxilio vi- uimus omnes ab hostium incursibus protecti. Se- cundò ciuitas debet habere omnia necessaria vita humanae sanis & infirmis: sic etiam quidquid necessa- rium est ad vitam spiritualem, inuenitur in hac ciuita- te Dei. Ipsa quidem contulit nobis panem, vinum, & Ioan. 6:52 carnem.

carnem. Panis est ille viuus, qui de cælo descendit. R  
 Vinum est illud, de quo in Proverbis: Bibite vinum,  
 quod miscui vobis. Per quod intellige sanguinem  
 aqua mixtum de latere Christi Domini manantem.  
 Caro autem est, quam ipse Christus obrulit pro no-  
 bis in cruce. Hæc enim omnia sunt nimis proficia,  
 non solùm ægris & infirmis, sed etiam bene haben-  
 tibus & sanis. Tertiò, ciuitas debet habere ciuiū vni-  
 tatem; quia (vt suprà ostensum est) ab vnitate ciuium  
 ciuitas nominatur: sic quicunque habitant intrâ hu-  
 ius ciuitatis Dei muros, vnti sunt charitate & vincu-  
 lo pacis. Per hanc ergo similitudinem sacra Virgo ap-  
 pellatur ciuitas. Sed notanter dicitur, Ciuitas Dei,  
 quia Deus factus homo natus est de illa, quam per  
 humanæ carnis assumptionem habitauit. Hæc om-  
 nia, quæ haec tenus diximus, sunt illa gloria, quæ di-  
 cta sunt de hac per celebri ciuitate Dei. Silentio tamen  
 tegenda non sunt, quæ à Cytharoedo, & pastore ca-  
 nuntur, cùm ait: *Fundamenta eius in montibus sanctis.* S  
 Fundamenta etenim huius sacerrimæ ciuitatis sunt  
 eiusdem virtutes & priuilegia super cacumina mon-  
 tum collocata, idest, transcendentia omnem virtu-  
 tum altitudinem cæterorum Sanctorum, quia in suo  
 conceptu & obitu talia obtinuit priuilegia, quæ nul-  
 li vñquam Sanctorum concessa sunt, videlicet, vt in  
 conceptu ab originali, & in obitu ab incineratione  
 esset præseruata. Et hoc est, quod modulatur Psalmog-  
 raphus. *Diligit Dominus portas Sion super omnia taberna-  
 cula Iacob.*

Per portas ciuitatis ingressus in ciuitatem & eges-  
 sus patet, & per easdem signatur conceptus Virginali-  
 lis, & obitus, in quibus maiora dedit Dominus amo-  
 ris indicia, quæ in conceptu & obitu cæterorum  
 Sanctorum. De nullo nanque eorum legitur in  
 conce-

cõceptu ab originali, & ab incineratione in obitu suif-  
 se præseruatum.

*Parochus.* Quoniam de Virginali conceptu men-  
 tionem fecisti, quid de ipsius puritate sentias, quibus-  
 ue nitaris rationibus & argumentis, aperire contem-  
 de. Nam qui se profectò ad sumimum in dicendo ex-  
 periri voluerit, ex omnibus certè materijs vnam hæc,  
 vt cæteris potiore, quemadmodum probati picto-  
 res ex omnibus exemplaribus vnum cæteris præstan-  
 tius ad effingendū, sibi potissimū deliget.

*Autor.* Ego quidem si hac vti facultate vlo tempo  
 re desiderau, nescio profectò vbi melius, aut religio-  
 sius, siue opportunius, quam modò in prædicta diffi-  
 cultate discutienda vires meas intendere debeam.

Acturus igitur de illa mira & à seculis inaudita imma-  
 culatæ Virginis puritate, qua in suo conceptu Angeli-  
 cos omnes cætus superauit: hinc animo cado propter

V excellentiam materię, isti hinc deficit mihi lingua, quia  
 mens non sufficit, hinc rubore nimio confundor, ex  
 eo quod in me non cadit loquendi de sacra Virgine di-  
 gnitas, isthinc singulare meum erga ipsam studium,  
 quo quidem sum mirabiliter inflammatus, silere non  
 patitur. Quamobrem licet ingenio destitutus & elo-  
 quentia pauperrimus esse videar, nihilominus tamen  
 omnibus velis & remis per agitatas argumentorum  
 in contrarium procellas forti animo rumpens, Virgi-  
 nis sanctissimæ puritatem pro viribus meis tueri cona-  
 bor, & in desiderato portu, tranquillo sidere, quiete; &  
 claro cælo quiescere spero.

## §. I.

X CVM primus generis humani parens peccando Narratio,  
 sensum amisisset, & legem diuinam violando se se à  
 Deo nefariè disiunxisset, fuit statim omni cælesti lumi-  
 ne priuatus, beneficijs amplissimis Dei spoliatus, atq;  
 ex al-

ex altissimo dignitatis gradu præcipitatus, à quo cuncti mortales originalem ægritudinem pro naturali hæreditate traxerunt. Cumq; omnes in vniuersum sceleri affines peccati turpitudine contaminati nasceretur, & nō facile inueniri posset in terris ratio ægritudinis leuandæ, quoddam medicinæ genus diuinū atq; singulare summus ille medicus adhibuit, quo non tātum id, quod morbo dilapsum fuerat, resarcivit, verū etiam priscam illam sanitatem multis modis amplificatā restituit. Hoc autem fuit ipsa summa Dei sapientia, ipse (inquam) Patris sempiterni sempiternus Filius, inexplicabiliratione genitus, Paterni splendoris effigies, vitæ & immortalitatis fons atque principiū. Ipse quidem vt hominem miserè perditum liberaret, & in antiquam libertatem diuino consilio vendicaret, à cæli vertice delapsus, sanctissimæ virginis vtero delituit caro factus, vt sic per carnem liberaretur caro, & humano generi de suo sumeretur pretium redemptio-  
nis, vt inde remedium fieret, vnde vitium contraria-  
tum fuerat, & in eodem monstraretur & peritia medici, & iustitia redempti: peritia (inquam) medici, quoniam in carne remedium, vt eadem caro sanare-  
tur, inuenit: iustitia vero hominis redempti, quoniam ab eadem carne pretium, quo eadem ipsa caro redi-  
mieretur, accepit.

## §. I. I.

D: August. S E D quia humana caro erat à corruptione liberanda, idcirco pretium redemptionis expers corruptio-  
nis esse debebat. Propter hoc D. August. in 20. sermo-  
ne ad Fratres in eremo ait: Maria mater electa est, &  
super omnes creaturas præelecta, omnibus gratijs fœ-  
cundata, omni virtute & sanctitate in vtero repleta, vt  
de mundissima matre mundissimus filius nasceretur;  
& sicut in cælo Filius habet Patrem immortalē & æter-  
num,

num, sic & in terra haberet matrem omni corruptio-  
ne carentem. Omni certè corruptione caruit sancta  
Virgo, quæ in vtero matris nullatenus fuit per origi-  
nale corrupta. Quis ergo audeat cōtrariū aīscere, cū  
D. August. dicat, omni corruptione carere, & mūdissi-  
mā esse, vt mundissimus ex ea filius nasceretur? Sub-  
iungit deinde ipsem D. Augustinus. Ipsemet in cælo  
qualis est Pater, talis est Filius, & in terra qualis est ma-  
ter, talis est secundū carnem Filius. In cælo cum Pa-  
tre est ēternus & immēsus, & in terra cū matre tempo-  
ralis & mansuetus. In cælo cū Patre sublimis & incor-  
ruptus, & in terra cum matre humilis & corruptibilis  
apparet. In cælo imago Patris apparet, & in terra Ma-  
riæ Filius ostenditur. Et cū confitetur apud omnes Chri-  
stū Saluatorem de Virgine carnē sumpsisse, & nō inde  
originale cōtraxisse, fatendū etiā est neq; Virginē ma-

A trem huius vinculo fuisse ligatā, vt sic de mundissima  
Matre mundissimus Filius nasceretur, & qualis esset  
mater, talis esset secundū carnem Filius. Nō quod fue-  
rit æqualis puritatis cū carne Christi, quia caro Chri-  
sti est ex se pura, illa autem non ex se, sed ex præser-  
uante gratia. Nam caro Christi non erat caro pecca-  
ti ex ipsa origine, illa autem, quantum est ex origine,  
fuisse quippe caro peccati, nisi per gratiam præuenta  
fuisse, & futuræ mortis Christi meritis præseruata.  
Et hæc mors Christi præuisa in sanctissima Virgine  
nobiliōri modo redemptionem est operata, quam in  
quocūq; alio homine. Quod tali exemplo fiet planius. Similes

B Qui se non potest à præcipitio releuare, nō minū in-  
diget præseruatore ne cadat, quā cadens erectore, vt à  
lapsu resurgat. Vterque redemptus est à morte, sed ma-  
gis ille qui præseruatur ne cadat, quā qui inflicto vul-  
nere sanatur. Et cū excellentius beneficium sit præ-  
seruare à malo, quam permittere incidere in malū, &  
postea

Ioan. Ger-  
son.

postea ab eo liberare , alienum plane à ratione videatur, si hoc beneficium piissimæ Dei genitrici denegatur, & ita conuenientius fuit, vt eam Deus Optim. Maxim. præseruaret ne caderet , quām si lapsam relevuaret . Vnde sapientissimus ille Doctor Parisiensis

Ioannes Gerson in sua Iosephina introducit Deum ipsum de sanctissima Virgine in hunc modū loquētem.

*Et potui, & volui, redimens perfectius ipsam,  
Preueniens casum, quām sit relevasse iacentem.  
Tota fuit pulchra, nulli vñquam obnoxia culpa.  
Absit ut attritus ab ea serpens caput eius.  
Antea contrivit peccati sub pede foedo.  
Absit ex hoc fauerit & membrum dæmonis vñquam  
Gratia suppleo iustitiam, quam perdidit Adam.  
Vix mihi maior inest, licet omnes tollere poenas  
Non soleam, nulla premet hanc angustia partus..  
Cur? quia nulla fuit in concipiendo libido.*

## §. III.

M A R I A M itaque purissimam ita præuenit gratia diuina, vt quanuis communi lege teneretur peccato originali, iuxta causas vniuersalis generationis traductæ in posteros ab Adam, nihilominus tamen lege priuata & priuilegiata sic præuenta est, vt nequaquam illud generale contraheret, quoniam hoc potuit & decuit fieri, vt perfectissimus Saluator filius eius perfectissimum in sua matre modum saluationis impenderet, sic eā præseruando ab originali, vt in illud in quod aliquando erat casura, ipso gratiam infundente, non caderet, & ita contereret per filium suum serpentis antiqui caput, nunquam ab eius foedo pede contrita, quod quidem pertinet ad excellentiam Filij, quatenus est Redemptor, reconciliator, atque mediator. Nanque perfectissimus mediator (prout subtiliter arguit Scotus) perfectissimum debet habere actum mediandi respectu.

C

respectu alicuius personæ, pro qua mediat, & cùm Christus Dominus fuerit perfectissimus mediator, inde est quod habuit perfectissimum actum mediandi possibilem respectu alicuius personæ, & respectu nullius habuit excellentiorem gradū, quām respectu matris: ergo respectu illius habuit perfectissimum actum mediandi, quem certè non haberet, nisi eam ab originali præseruaret. Quoniam perfectissimi mediatoris

E nomine gaudere minimè potest, qui offensam præuenire non valet, quanuis offensæ iam commissæ remissionem obtineat: ergo deducendo argumētum ad inconueniens, Christus mediator perfectissimus fuit, si offensam alicuius filiorum Adæ præuenire non valuit. Hoc autem nō est dicendum, Igitur si aliqua creatura erat præseruanda, ne talem haberet culpam, nulla potior, quām Sancta Virgo, vt sic iure optimo filius eius circa ipsam perfectissimum mediandi gradum haberet: Debet similiter perfectissimus mediator omnes poenas tollere ab eo, pro quo mediat, cùmque originalis principem locum obtineat inter ipsas, inde est quod Christus Dominus tanquam perfectissimus mediator debuit ab aliquo huiusmodi pœnam auferre,

Secunda ra-  
tio Scoti.

F sed conuenientissimè hoc beneficium erat eius matri concedendum, quia non erat, cur ei denegaretur, & sic habebitur intentum. Deinde tantò principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit, quantò illud peccatum maius est: peccatum verò originale maius est, quām actuale, & ideo principalius venit ad tollendum originale, quām actuale. Minor huius discursus est manifesta, quoniam per originale inficitur totū genus hominum, & actuale est propriū singularis personæ. Sed si Christus Dominus (vt communiter ab omnibus tenetur) fuit perfectus mediator respectu Virginis, quatenus eam præseruavit à peccato actuali:

Tertia ra-  
tio Scoti.

E ergo

Quarti ratiō Scoti. ergo similiter debebat illam præseruare ab originali, cùm sit maius malum, quām actuale. Præterea, si Virgo sanctissima non fuit ab originali præseruata, sequitur quod non fuit summè debitrix filio suo, quatenus mediatori. Sequela probatur. Nam ad hoc, quod summè debitrix esset filio, quatenus mediatori, debebat habere ab ipso omne summum bonum, quod potest haberi per summum mediatorem: sed præseruatio ab originali potest haberi per mediatorem Christum, ergo intentum.

Quinta ratiō Scoti. Ultimò tandem: quicquid excellentius est, probabiliter attribuendum est sanctissimæ Virginis, dummodò non repugnet autoritati Ecclesiæ, vel Scripturæ: ergo dicere oportet, quod Deus Optimus Maximus illam ab originali præseruauit: quoniā nec implicat contradictionem in Deo, nec autoritati Ecclesiæ vel Scripturæ diuinæ repugnat, imò sacræ Scripturæ valde consonum esse probabo.

## §. IIII.

Genes. 2. Hoc autem ut præstern, ex libro Geneseos aliud intuitum dicendi mihi sumendum est. Nanque ibi supremi Conditoris ore dicitur: Non est bonum hominē esse solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Certum est, quod Virgo sancta esset valde dissimilis filio suo, nisi gratia diuina esset in suo conceptu præuenta. Præterea, quod legitur de diluvio & arca, nimietate aquarum non obruta, conuenienti ratione ad puritatem Virginis exprimendam concernit. Quoniam ex eo quod per primum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, factum fuit diluvium peccati originalis super vniuersam terram, & multiplicatum est nimis, & omnium cacumina montium cooperata sunt, idest, sancti omnes excelsi, ita ut nullus liber evaserit, neque Sampson fortissimus, neque Ieremias, neque Ioannes Baptista,

Baptista, neq; alij in vteris matrum sanctificati. Aquæ etenim originalis culpæ prævaluerunt nimis super eos. Arca verò Deifera eleuata est in sublime, & ferebatur super aquas, & non est ab ipsis operta. Aquæ nimis & flumina inundantia originalis peccati non potuerunt sacram Virginem obruere. De columba illa, Genes. 8. quam emisit Noe, vt videret si iam cessassent aquæ, refertur quod pedes non fixit super cadavera foetentia, quæ procellis tumentibus huc & illuc iactabantur, neque luto eos folidauit, quin potius ad arcam reuerſa ramum oliuæ virentibus folijs in ore portauit: quare non hoc ipsum de nostra columba purissima in suo immaculato conceptu prædicabimus? Non enim folidata fuit luto actualis, neque foetore originalis peccati. Amplius. De terra sacerdotali dicitur, quod nulli erat subiungata tributo. Populi omnes à nouissimis terminis Aegypti usque ad primos erant Pharaonis regi subiecti atque tributarij, excepta dūtaxat sacerdotali terra. Si ergo Virgo sancta est regia & sacerdotalis terra, trahens originem ex regibus & sacerdotibus terræ, quæque erat verum regem & sacerdotem Christum paritura, non est, cur censum peccati originalis regi iniquo dæmoni persoluat. Fecit illi Dominus magna, qui potens est. Magna quidem illi consulit priuilegia, quoniam, superueniente diuino spiritu, Virgo concepit, & Virgo permanens peperit sine dolore Saluatorem seculorum. Priuilegium hoc magnum etiā illi præbuit, vt absq; vniuersali delicto conciperetur. Nanque si omnes eam fatentur corporis habuisse integratatem, quid est in causa vt ab ea mentis integratatem aliquis velit explodere? Nullus audet illi veniale culpam imponere, cùm non contra, sed citra charitatem esse constet: ergo ab ipsa longissimè remouenda est originalis, quæ nos separat à Deo,

Deo, iræque filios facit, vt sic de ipsa meritò dicatur,  
**Prou. 3:10.** Multæ filiæ congregauerunt diuitias sibi, tu vero su-  
 pergressæ es vniuersas. Si supergressa fuit sancta Virgo  
 omnes animas sanctas, & ditione omnibus effecta  
 perhibetur, ratio ipsa postulat, vt primatum habeat  
 inter omnes, & eam totius peccati expertem prædice-  
 mus. Item in sermonibus sanctis legitur quod præce-  
**Exod. 25:** pit Dominus Moysi, vt arcam de lignis Setim compin- M  
 geret. Arca ista de lignis imputribilibus compacta  
 expressit arcam Deiferam, quæ nulla peccati putredine  
 fuit contaminata, vt conuenienter reponeretur in  
 ipsa ille Sanctus sanctorum, Iesus Christus, qui est Rex,  
 Sacerdos, cibusque viatorum fidelium, quæ tria fue-  
 runt præsignata per illa tria, quæ erant deposita in ar-  
 ca prædicta. Erant enim ibi tabulæ continentes Le-  
 gem, & significabant regiam dignitatem, ad quam  
 spectat ferre leges. Erat ibi etiam virga Aaron, quæ  
 significabat sacerdotium, & manna, quod denota- N  
 bat cibationem viatorum fidelium in sacramento Eu-  
 charistiae, & beatorum in propria specie. Facta fuit ar-  
 ca prædicta de lignis Setim, quæ sunt imputribilia, vt  
 per hoc manifestè ostenderetur puritas immaculatæ  
 Virginis, quæ non solùm mente, sed etiam corpore  
 purissima fuit, & non tantum præseruata à corrup-  
 tione originalis in conceptu, sed etiā (vt suprà ostend-  
 sum est) à putrefactione post mortem. Erat etiam  
 arca illa deaurata intus & foris auro mundissimo, quia  
 arca Deifera intus per charitatis fulgorem, & foris  
 per conuersationis honestatem condecorata erat. Su-  
 pra ipsam arcam aurea corona poni præcipiebatur,  
 quoniam cæteri Sancti, etiam Angeli supremi, sunt in  
 cælis Dei ministri: sed sancta Virgo ipsorum atq; cæ-  
 lorum Regina. Vnde D. August. ipsam alloquens, dice-  
 bat: Site cælum vocem, altior es, si matrem gentium  
 dicam,

dicam, præcellis, si reginam & dominam angelorum  
 nominem, per omnia esse comprobaris.

## §. V.

**D**E hac immaculata Virgine regius Psaltes cane- **psal. 75:**  
 bat, dicens: Factus est in pace locus eius. Cuius? Chri-  
**O**sti certè locus, id est, virgo sancta, factus est in pace.  
**Q**uando templum Salomonis ædificabatur, in pace **3. Reg. 64:**  
 construebatur. Nam malleus, & securis, & omne fer-  
 ramentum non sunt auditæ in domo, cùm ædificare-  
 tur. O virgo purissima, & templum veri Salomonis  
 regis Christi, nihil aliud per hoc significari videtur,  
 nisi vt fideles cuncti, in tuo sanctissimo conceptu nihil  
 adfuisse peccati cognoscant. Non malleus sonuit, qui  
 ab utero matris omne genus humanum vniuersaliter  
 percutit. Neq; serra ibi adfuit, quæ nos separat à Deo,  
 & iræ filios facit, & reos ignis æterni. Sanctum est istud **psal. 64:**  
 templum Salomonis diuini, & mirabile in æquitate.  
**D**einde postquam illud percelebre Salomonis tem-  
**P**plum fuit à Nabuchodonosor rege Babylonis impie  
 dirutum, & tempore Zorobabelis & Esdræ reædifica-  
 tum multò minus sumptuosè quam prius, propheta-  
 uit de illo Aggæus, dicens: Magna erit gloria domus **Aggæi 2:2:**  
 istius nouissimæ, plusquam primæ. Hoc autem dici-  
 tur propter quod honor Virginis, quæ meritò tem-  
 plum Dei appellatur, exuperat omnem templi Salo-  
 monis gloriam. Non quidem hæc domus Dei fabresa-  
 ta memoratur ex auro, argento, lapidibusque pre-  
 ciosis, sed gratia diuina, Theologicis & alijs virtuti-  
 bus, quæ omnis gemmas antecellunt. Huius domus  
 cælestis gloria exprimitur in eo, quod dicitur ab eo-  
 dem Aggæo: In loco isto dabo pacem, dicit Dominus.  
 Pax ista, quam pater æternus mundo contulit, quem  
 dilexit, Christus est, de quo Apostolus ait: Ipse est pax **Ephes. 2:14:**  
 nostra. Ergo si in Virginea domo Pater æternus pa-  
 cem

cem, quæ Christus est, dedit, & domus hæc in pace facta est, bellum peccati originalis ab ipsius conceptu procul esse debet. Certè non tetigit illam cruentus Abimelech, nec læsit illam Pharao cum curribus & equitibus suis, quin potius diabolo profligato, ac vnda sanguinis Christi submerso, euasit illæsa.

**Iudic. 14. pit. 9.** Præterea Virginis sanctissimæ puritati fauet, quod Ecclesiasticus prædicat, dicens: Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur. Ciuitas hæc posita in quadro, & quatuor Evangelistis roborata exprimit sanctam Ecclesiam, quam Christi nomen pugnans contra infideles confirmat. Super hanc ciuitatem constituitur sancta Virgo, & immaculata, quia nullam habuit in suo conceptu maculam, iuxta illud Petri Cretensis super Lucam. *Vnam nec maculam natura reliquit in ista.*

**Num. 24. Cart. ca. 6.** Imò per ipsam liberantur omnes à macula criminis, & à noxa peccati. Hæc præterea fuit stella illa, quæ vidit Balaam. Et si est stella, certè à peregrinis impressionibus abstracta, & ab originali præseruata esse debet. Hæc deinde est illa aurora fulgentissima, de qua in Canticis fit huiusmodi interrogatio. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens? Cui interrogatori voce Angelorum respondet Alanus in Anticlaudiano, dicens:

*Hæc est stella maris, vitæ via, porta salutis,  
Regula iustitiae, limes pietatis, erigo  
Virtutis, venie mater, thalamusq; pudoris.  
Hortus conclusus, fons consignatus, olna  
Fruktiferans, cedrus redolens, paradisus amoenus.  
Virgula pigmenti, vinaria cella liquore  
Pedita diuino, nectar celeste propinans  
Nescia spineti florens rosa, nescia culpa,  
Gratia fons expers limi, lux nubila pellens;*

*Spes*

**S** Spes misericordia, medicina reis, tutela beatis, Proscriptis redditus, erranti semita, cæcis Lumen, deieftis requies, pausatio fessis. §. V I.

Hæc fuit illa mulier, quam præuidit Salomon, cuius lucerna non fuit extincta in nocte originalis peccati. Non timuit domus illa (quam sibi Deus Optimus Maximus ædificauit super columnas septem septiformis Spiritus) à frigoribus niuis, quia originalis culpæ frigus in ea nunquam fuit. Hæc tandem velut lilyum florens inter spinas fuit separata ab spinis originalis & actualis peccati, quod intuens animo Sedulius libro primo in carmine Paschali aiebat.

**T** En velut è spinis florens rosa surgit acutis,  
Nil quod lredit habens, vel quod obscurat honorem  
Sic Eusebius de stirpe sacra Veniente Maria  
Virginis antiquæ facinus noua Virginopianit.

§. V I I.

**V L T I M O** tandem Sanctorum Patrum testimonijs meum intentum comprobabo: & in primis grauiissimus ille docttor Ecclesiæ Ambrosius in De Virginitate Mariæ, eam ab omni actuali & originali peccato immunem fuisse fatetur. Accedat Diuinus Augustinus, & quid de Sanctissimæ Virginis conceptus puritate sentiat, in medium proferat. Audiamus, quid in libro contra quinque hereses, capite 4. in persona Christi Domini dicat: Si Maria potuit inquinari, cum ipsam facerem, potuiego inquinari, cum ex ea nascerer. Potest ne aliud clarius testimonium excogitari, quo Virginis puritas possit manifestius indicari? Deuotus Anselmus iā veniat conceptus virginalis puritas integerrimus defensor, qui in suo De conceptu virginali ait: Decēserat, vt ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui De° Pater vnicū

E 4 Filium

Preu. 36

Canticas

Sedulius.

D. Ambros.

D. Augus.

D. Anselm.

**D. Alfon.** Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitū, tanquam se ipsum diligebat, ita dare disponebat, vt naturaliter esset vñus idemque communis Dei Patris, & filius virginalis, & quam ipse Filius substantialiter sibi matrē eligebat, & de qua Spiritus sanctus volebat, & operatus erat, vt conciperetur & nasceretur ille, de quo procedebat. Cūm autem in statu naturæ integræ posset in primis parentibus intelligi pura innocentia sub Deo, decens sequitur fuisse, vt ipsa puritate niteret Virgo sancta. Iam quartus testis prodeat in lucem,

fitque celeberrimus quondam Toletanus Antistes Alfonus, qui in suo de illibata virginitate inquit: Con-

stat Virginem ab omni peccato originali fuisse immu-

nem, per quam non solùm Euæ maledictio est soluta,

verùm etiam omnibus benedictio condonata. Nullis X

ergo delictis, quando nata est, subiacuit, nec originale

peccatum in vtero sanctificata contraxit.

### §. VIII.

**Q V O D** erit ergo tantum ingenium, tamque diuina orationis facultas & copia, quæ possit illam super omnes foeminas benedictam, vt par est, debitissimis laudibus celebrare? illamque multiplicis virtutis elegantiam, illas tantas opes huie sanctissimæ Virginis diuinitus collatas, non dico ornare dicendo, sed enumerando percensere? Sed quoniam è scopulis locis enauigauit oratio, & inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in altum cymba processit, expandenda vela sunt ventis, & quæstionum scopulis transuadatis lætantium more nautarum epilogi celeuma cantandum est.

**Eilogur.** O Purissima virgo, & Angelorum Domina, nihil tibi est æquale, nihil comparabile. Nam omne quod est, aut supra te est, aut infra te est. Quod supra te est, solus Deus est, quod infra te est, omne quod Deus non est.

est. Quis ergo tibi valeat iura gratiarum, ac laudum præconia digna rependere? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluet? Meritò cum illo Petro Comestore dicere possumus.

*Si fieri posset, quod arenæ puluis & vnde,  
Vndarum guttae, rosa, gemmae, lilia, flammæ,  
Aethera, cælicola, nix, grandis sexus uterque,  
Ventorum pennæ volucrum, pecudum genus omne,  
Syluarum rami, frondes, auium quoque pennæ,  
Ros, gramen, stellæ, piscis, simul anguis, aristæ,  
Et lapides, montes, conuallæ, terra, dracones,  
Linguae cunctæ forent, minimè de promere possent,  
Quæ sis vel quanta Virgo Regina Maria,  
Quæ tua sit pietas nec litera nec dabit atas.*

Et (vt verum fatear) quidquid humanis verbis dici potest, minus à laude cæli est, quam quod laus tua mereatur. Accipe igitur (Sancta Virgo) quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones, ac laudum præconia tuarum, & cūm suscepseris vota nostra, culpas omnium nostrum orando excusa, quia tu es vñica spes cunctorum peccatorum. Per te speramus delictorum veniam, & in te beatissima nostroru est expectatio præmiorum.

### §. IX.

**P**arochus. Illustris plane & eruditæ contentio. Nihil ferè illa utilius in rebus humanis inueniri potest: animum enim iacentem excitat, instruit, & inflamat, & ab omni alia cogitatione ad magnorum hominum virtutem imitandam & singularem conceptui virginali deuotionem in intimis visceribus concipiendam traducit. Ego quidem integrum voluptatem ex ista disputatione percepī. Ab ipsa siquidem non solùm sermonis ornatum, verborumque venustatem petere licet, sed grauissimas etiam sentétiæ ex limpidissimo Chri-

stianæ religionis fonte decerptas, & splendidissimæ orationis luminibus illustratas. Et quoniam istas præclaras dicendi actiones suscepisti, non ut popularem auram respiceres, nec humanum aliquod præmium tibi proponeres, imò potius in ipsis ostendis facillimè te humana negligere, & diuina studio ardentissimo conueri, dum omnia pietate & religione Christiana metiris, Christus Optimus Maximus tibi, omnia opera præclara ad illius gloriam dirigenti, nunquam deerit, sed numine suo te proteget, atque sempiternis ornamentis decorabit.

Omnia sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiiciuntur.

### INDEX

# 75 INDEX AVTO- rum, quorum autoritate hic liber fulcitur.

## A

Alanus.  
D. Alfonsus.  
D. Ambrosius.  
D. Anselmus.  
Aristides,  
Aristoteles.  
D. Augustinus.

D. Basilius.  
D. Benedictus.  
D. Bonaventura.

D. Cyprianus.  
Cyrus Theodorus.  
Cicero.  
Concilium Tridentinum.

D. Eusebius Episcopus.  
Euripides.

D. Gregorius.  
Glossa ordinaria.  
Glossa Interlinealis.

D. Hieronymus.  
D. Hilarius.  
Haymo.  
Hesiodus.  
Horatius.

## I

Iustius martyr.  
Interpretatio Septuaginta.  
D. Ioannes Chrysostomus.  
Isidorus Clarius.  
Ioannes Gerson.  
Frater Ioannes Scotus.

Lactantius Firmianus.

Frater Nicolaus de Lyra.

Petrus Lombardus.

Petrus Cretenis.  
Petrus Comestor.

Paulus de Sancta Maria.  
Primasius.

Plato.  
Plautus.

Ricardus de S. Victore.  
Rupertus Holchot.

S  
Rabbi Salomon.  
Sedulius.

T  
D. Thomas.  
Theophilus.

Theophylactus.

V  
Vitruvius.

## H

D. Hieronymus.  
D. Hilarius.  
Haymo.  
Hesiodus.  
Horatius.

## T

D. Thomas.  
Theophilus.  
Theophylactus.

## V

Vitruvius.

# INDEX LOCORUM

## rum Scripturæ diuinæ, qui passim in hoc opere elu- cidantur.

### GENESIS.

- CAP. 2.**  *T*videtur, quid vocaret ea. *Alphab.* 4. *lit. R.*  
 2 *Non est bonum hominem esse solum.* 6. *H.*  
 7 *De diluvio & arca.* 6. *H.*  
 8 *De columba Noe.* 6. *H.*  
 11 *Abram dictus Abraham.* 4. *P.*  
 17 *Iacob dictus Israel.* 4. *P.*  
 18 *Abraham hospitio suscepit Angelos.* 4. *H.*  
 18 *Propter decem iustos non delebo.* 2. *G.*  
 19 *Loth hospitio suscepit Angelos.* 4. *H.*  
 19 *Loth oratione sua circundedit Segor.* 1. *P.*  
 25 *Iacob habitavit in tabernaculis.* 3. *S.*  
 47 *Detera Sacerdotali.* 6. *I.*  
 41 *Ioseph reuelator dictus somniorum.* 4. *P.*

### EXODI.

- 17 *Moyses, cum otiosus staret, præliabatur.* 1. *D.*  
 19 *Moyses quadraginta diebus in monte Sina.* 1. *D.*  
 20 *In monte Sina fuit data lex.* 2. *O.*  
 25 *Fecit Moyses tabernaculum.* 3. *Q.*  
 25 *Arca de lignis Seribim.* 6. *M.*

### LEVITICI.

- 23 *Mense septimo habitabant Iudei in tabernaculis.* 3. *T.*

### NUMEROVM.

- 24 *De stella Balaam.*  
 24 *Pergens ad populum meum, dabo tibi consilium.* 2. *F.*

### DEUTERONOMII.

- 32 *Nonne haec condita sunt apud me?* 4. *D.*

### IOSE.

- 2 *Raab meretrix de Iericho.* 4. *E.*

### IVDICVM.

- 4 *In monte Thabor fuit ostensa victoria Balach.* 2. *O.*

### REGVM.

## Sacra Scriptura.

### REGVM.

- Lib. 1. cap. 17. Homo videt ea que parent. Deus autem cor. 1. L.*  
 2. 6. *Tabernaculum David.* 3. *Q.*  
 3. 3. *Da mihi sapientiam.* 2. *D.*  
 3. 6. *Fecit Salomon oraculi portas de lignis olinarum.* 3. *L.*  
 3. 6. *Tabernaculum Salomonis.* 3. *Q.*  
 3. 6. *Templum Salomonis in pace constructum.* 6. *O.*  
 3. 18. *In Carmelo descendit ignis super sacrificium Eliae.* 2. *O.*  
 4. 6. *Elisæus sedens vicit regem Syrie.* 1. *E.*

### ESDRÆ.

2. 3. *De portagregis.* 3. 1.

### PSALMORVM.

- 6 *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* 4. *C.*  
 8 *Omnia subiecit sub pedibus eius.* 4. *R.*  
 13 *Venenum aspidum sub labijs eorum.* 4. *T.*  
 17 *Protector est omnium sperantium in se.* 1. *N.*  
 21 *Diviserunt sibi vestimenta mea.* 5. *B.*  
 38 *Dixi, custodiam vias meas.* 1. *C.*  
 47 *Magnus Dominus & laudabilis.* 1. *M.*  
 48 *Comparatus est iumentis.* 4. *T.*  
 49 *Iuxta est dies perditionis.* 4. *D.*  
 60 *Turris fortitudinis à facie inimici.* 1. *N.*  
 75 *Factus est in pace locus eius.* 6. *O.*  
 75 *Illuminans tu mirabiliter à montibus eternis.* 2. *Z.*  
 77 *Tanquam dormiens crapulatus à vino.* 4. *C.*  
 77 *Percussit inimicos suos in posteriora.* 4. *D.*  
 84 *Audiam, quid loquatur in me Deus.* 1. *D.*  
 85 *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.* 3. *Z.*  
 98 *Terribilis super omnem terram.* 1. *N.*  
 105 *Dixit, ut desperderet eos, si non Moyses, &c.* 1. *O.*  
 117 *Hæc porta Domini, iusti intrabunt, &c.* 3. *M.*  
 126 *Nisi Dominus custodierit civitatem.* 3. *P.*  
 146 *Dispersiones Israelis congregabit.* 1. *Z.*

### PROVERBIORVM.

- 5 *Bibe aquam de tuis vasis.* 1. *D.*  
 7 *Serua mandata, &c. viues.* 2. *Z.*  
 8 *Per me reges regnant.* 2. *D.*  
 9 *Bibite vinum.* 5. *R.*  
 11 *In bonis iustorum exaltabitur civitas.* 2. *G.*  
 13 *Injustitia*

- 13 In sitia eleuat gentem. 2. F.  
 31 Non timebit a frigoribus niuis. 6. S.  
 31 Multæ filia congregauerunt dinitias. 6. L.  
 C A N T I C O R V M.  
 2 Sicut lilyum inter spinas. 6. S.  
 6 Quæ est ista, quæ progreditur? 6. R.  
 E C C L E S I A S T I C I.  
 40 Super hanc mulier immaculata computabitur. 6. Q.  
 I S A I A E.  
 2 Fluent ad eum omnes gentes. 1. Z.  
 2 Erit præparatus mons Domini, &c. 2. P.  
 9 Lena in circuitu oculos tuos. 5. C.  
 26 Ponetur in ea murus. 1. M.  
 31 Equi eorum caro. 4. S.  
 56 Canes muti non valentes latrare. 4. S.  
 64 Quæ præparasti diligentibus te. 5. G.  
 I E R E M I A E.  
 9 Mors ascendit per fenestras nostras. 3. O.  
 9 Non gloriatur sapiens in sapientia sua. 4. Y.  
 31 Fæmina circundabit virum. 5. D.  
 D A N I E L I S.  
 1 Daniel dictus Balthasar. 4. Q.  
 O S E A E.  
 11 In funiculis Adam traham eos. 1. Z.  
 I O E L I S.  
 2 Effundam de spiritu meo super omnem carnem. 2. Y.  
 H A B A C H V C H.  
 2 Iustus ex fide vivit. 2. L.  
 A G G A E I.  
 2 Magna est gloria domus istius nouissima, &c. 6. P.  
 Z A C H A R I A E.  
 2 Ego ero illumurus. 1. M.  
 M A T T H E I.  
 5 Non venis soluere legem. 2. X.  
 7 Intrate per angustum portam. 3. L.  
 16 Tu es Christus Filius Dei vivi. 2. S.  
 17 In monte Thabor transfiguratus Dominus. 2. Q.  
 17 Et apparuerunt illi Moyles, &c. 2. X.  
 19 Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. 2. Z.

- 23 Genimina viperarum. 4. T.  
 25 Venite benedicti. 3. N.  
 25 Hospes fui, & suscepisti me. 4. H.  
 25 Quod vni ex minimis fecisti. 4. H.  
 25 Nescio vos. 4. C.  
 M A R C I.  
 3 Simon, discipulus Petrus. 4. Q.  
 L V C A E.  
 6 Multitudine copiosa plebis. 1. Z.  
 8 Cum turbis plurima conuenirent. 1. Z.  
 10 Quis est proximus meus? 4. N.  
 13 Intrate per angustum portam. 3. L.  
 18 Ecce ascendimus Ierusalem. 2. X.  
 22 Ibat Iesus in montem olivarium. 3. N.  
 23 O statu & tardi corde. 2. X.  
 I O A N N I S.  
 1 Fuit homo missus a Deo. 5. F.  
 1 Vidimus gloriam eius, gloriam quasi, &c. 5. H.  
 1 Gratia & veritas per Iesum Christum. 3. C.  
 3 Nisi quis renatus fuerit. 3. D.  
 5 Scrutamini scripturas. 2. V.  
 6 Panis viuuus, qui de celo descendit. 5. R.  
 7 Iudei festum in tabernaculorum celebrabant. 3. T.  
 7 Quomodo hic literas scit? 2. Z.  
 12 Si exaltatus fuero a terra. 2. A.  
 14 Qui diligit me, diligitur a Patre meo. 2. M.  
 17 Hoc est vita eterna, ut cognoscant te. 2. N. & 4. X.  
 20 Accipite Spiritum sanctum. 3. G.  
 A C T O R V M.  
 2 Hoc est, quod dictum est per Ioh. 2. Y.  
 2 Loquebantur varijs linguis. 2. Z.  
 4 Comperio, quid homines essent idiotæ. 2. Z.  
 6 Non poterant resistere sapientia. 2. Z.  
 9 Saulc, Saul, quid me persequeris? 4. G.  
 13 Saulus dictus Paulus. 4. Q.  
 21 Tyrii comitati sunt Paulum usq; ad nauim. 5. A.  
 27 Paulus oratione protexit secum nauigantes. 1. P.  
 A D R O M A N O S.  
 1 Paulus seruus Iesu Christi. 4. R.

12 Sicut in uno corpore multa membra habemus. 2. B.  
16 Volo vos sapientes esse in bono. 4. Y.

## AD CORINTHIOS.

1. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere. 2. R.

11. 12. Posuit Deus primum Apostolos. 1. C.

1. 13. Sine charitate nil mihi prodest. 2. L.

2. 10. Non secundum carnem militamus. 3. Z.

## AD EPHESIOS.

2 Ipse est pax nostra. 6. P.

2 Sed estis cives Sanctorum. 2. R.

## AD COLOSSENSES.

3 Cum Christus apparuerit vita vestra. 2. M.

## AD TIMOTHEVM.

2. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. 3. Z.

## AD TITVM.

1 Paulus, seruus Dei. 4. R.

2 Abnegantes impietatem. 3. Z.

3 Non ex operibus iustitia. 3. N.

## AD PHILEMONEM.

Paulus vincitus Christi Iesu. 4. R.

## AD HEBRAEOS.

4 Omnia nuda sunt oculis eius. 1. I.

9 Fecit Moyses duo tabernacula. 3. R.

9 Oraculum Salomonis, figura beatitudinis. 3. L.

11 Accedentem ad Deum oportet credere. 2. L.

11 Sine fide impossibile est placere Deo. 2. L.

13 Non habemus hic ciuitatem permanentem. 3. T.

13 Sectamini hospitalitatem. 4. I.

## D. PETRI.

1. 2. Eratis, sicut oves errantes. 1. Z.

1. 5. Salutat vos Ecclesia, quae est in Babylonie. 4. V.

2. 1. Simon Petrus, seruus Iesu Christi. 4. R.

## D. IOHANNIS.

1. 3. Similes erimus. 2. M.

## APOCALYPsis.

21 Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. 2. R.

21 Duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt. 3. P.

## F. IN IS.

## INDEX RERVM

## NOTABILIVM, QVÆ

in hoc volumine continentur, or-

dine Alphabetico di-

gestus.

## A



## BRAHAM

hospitio su-  
sccepit An-  
gelos. al-

phabeto 4. litera H.

Achior iustos iniuctos fo-  
repronuntiauit. alpha-  
beto 2. lit.F.

Adam sciuit naturas om-  
nium animalium. al-  
phab.4.lit. R.

Adæ primi parætis casus.  
alphab.5.lit.X.

Agios quid? alphab. 3. li-  
tera X.

Allegoricus sensus quid?  
alphab.4.lit.F.

Amphionis fabula. alpha-  
beto 1.lit.T.

Anima ciuitas Dei. alpha-  
beto 3.lit.O.

Antoninus Imperator.  
quid ab educatore suo  
didicerit? alphabeto 3.

litera Y.

Apostoli fundamëta Ec-  
clesiae. alphab. 2. lit.R.

Apostoli portæ Sion. al-  
phab.3.lit.F.

Arca de Sethin. alphab.6.  
litera M.

## B

BALAM Ariolus. al-  
phab.2.lit.F.

Babylonis ciuitates tres.  
alphab.4.lit.V.

Baptismi necessitas. alpha-  
beto 3.lit. D.E.

Benedictus suis mona-  
chis hospitalitatë co-  
mendauit. alphab. 4.  
litera H.

Bonaventuræ dictum de  
solitudine. alphab. 3.

litera Y.

## C

CHARITAS fun-  
damentum Eccle-  
siae. alphab.2.lit.L.

Christus, mons mōtium.  
alphab.2.lit.Q.

F Christus

Christus fundamentum  
fundamentorū alphab.  
et. 2. lit. S.

Christus ad Ecclesiā om-  
nes allexit. alphab. 2.  
litera A.

Christus duplēcē habet na-  
turam. alphab. 5. lit. C.

Christus nihil scripsit. al-  
phab. 5. lit. E.

Christi caro ex se pura.  
alphab. 6. lit. A.

Ciuitas Dei gloria. al-  
phab. 1. lit. L.

Ciuitas quid est? alphabe-  
to. 1. lit. M.

Ciuitatis Dei murus est  
ipse Deus. alphab. 1. lit. M.

Ciuitatum origo. alpha-  
beto 1. lit. R. V.

Ciuitas quæ potest dici  
fœlix, & quæ infœlix?  
alphab. 2. lit. D. E. F.

Ciuitas Dei, Virgo sacra.  
alphab. 5. lit. P. Q.

Columba Noe. alphab. 6.  
litera I.

Circuncisio. alphab. 3.  
litera F.

Crudelitas aliquorum. al-  
phab. 4. lit. I.

D

**D**enarij numeri per-  
fectio. alphab. 3.

litera H.

Deus autor Scripturæ. al-  
phab. 5. lit. M.

Deus recordatur & obli-  
uiscitur, quomodo? al-  
phab. 4. lit. A.

Dei pax. alphab. 6. lit. P.

De diluvio & arca Noe.  
alphab. 6. lit. H.

**E**

**E**cclesiæ pastores &  
oues. alphab. 2.  
litera B.

Ecclesia ciuitas Dei. al-  
phab. 2. lit. H.

Ecclesia militans & trium-  
phans. alphab. 3. lit. R.

Euangelium à quo habet  
testimonium? alphabe-  
to 2. lit. V.

Euripides quid sentiebat  
de his; qui multis se im-  
plicant negotijs? alpha-  
beto 3. lit. X.

**F**

**F**abula circa construc-  
tionem ciuitatū. al-  
phab. 1. lit. Q.

Fides, fundamentum Ec-  
clesiæ. alphab. 2. lit. L.

Futura apud nos, apud  
Deum iā facta narran-  
tur. alphab. 5. lit. B.

Festa tabernaculorū quā-  
do

do celebabantur? al-  
phab. 3. lit. T. Z.

G

**G**LORIA Beatorū. al-  
phab. 5. lit. H.

H

**H**Elisæus orans præ-  
liabatur. alphab.  
beto 1. lit. D.

Hierusalem portarum no-  
mina. alphab. 3. lit. I.

Hierusalem portæ decē.  
alphab. 3. lit. H.

Homo appellatur san-  
ctus. alphab. 3. lit. X.

Hominum ruditas. alpha-  
beto 1. lit. S.

Hospitalitas nō debet es-  
se partialis. alphab. 4.  
litera L.

Hyperaspistes, idest, scri-  
ptores. alphab. 1. li-  
tera V.

Hebræorum opinio ficti-  
tia. alphab. 2. lit. O.

Hospitalitas commenda-  
tur. alphab. 4. lit. G.

I

**I**ndigentia communis.  
alphab. 1. lit. X.

**I**oseph dictus Psompton-  
phanec, idest, reuelator  
sommiorum siue secre-  
torum. alphab. 4. lit. P.

L

**L**Oth murus Segor. al-  
phab. 1. lit. P.

Loth hospitio suscepit An-  
gelos. alphab. 4. lit. H.

M

**M**ARIA virgo, ci-  
uitas Dei, specu-  
lum, paradisus. alpha-  
beto 5. lit. P.

Mariæ ciuitatis Dei fun-  
damenta, virtutes. al-  
phab. 5. lit. S.

Mariæ ciuitatis Dei por-  
tæ, conceptus & obi-  
tus. alphab. 5. lit. S.

Mariæ conceptus. alpha-  
beto 5. lit. T.

Maria perfectissimè re-  
dempta, & gratia diui-  
na præuenta. alphab. 6.  
lit. B. C. D.

Maria templum Dei. al-  
phab. 6. lit. P.

Maria immaculata, stella  
Balaā, aurora, rosa sine  
spinis: item varia nomi-  
na. alphab. 6. lit. Q. R. S.

Misericordia. alphab. 3. li-  
tera M. N.

Montes sancti, qui sunt.  
alphab. 2. lit. P. Q.

Montes æterni. alphab. 2.  
litera Z.

**F** 2 Moyfes

Moyses otiosus preliabatur. alphab. 1. lit. D.

Moyses murus populi Israelicis. alphabeto 1. litera D.

Muri ciuitatis Dei sunt Sancti. alphabeto 1. litera Q.

N

**N**atura rei nomini bus significatur, alphab. 4. lit. P.

Nomina quare rebus imponuntur & permuntantur? alphabeto 4. litera O. Q.

Nominum impositio dominium significat. alphab. 4. lit. R.

**O**R PHEI fabula. alphab. 1. lit. T.

**P**A X Dei. alphab. 6. litera P.

Portæ Sion vitæ integratas, opera misericordiæ, sensus nostri. alphab. 3. lit. L. O.

Portæ Sion sacramenta, virtutes. alphabeto 3. litera B. C.

Paulus, murus secū nauigantiū. alphab. 1. lit. P.

Prophetæ omnia tempora percurrunt. alphab. 6. lit. O.

Prophetarum locutio. alphab. 5. lit. A.

Proximus quis est? alphab. 4. lit. M.

Prolepsis figura quid? alphab. 1. lit. I.

Pertæsus, a, um. à verbo Pertædet, bat. alphab. 1. lit. Q.

R

**R**AA B, hospita filiorum Israel. alphab. 4. lit. F.

Raab, nomen appellatum. alphab. 4. lit. O.

Relatio æquiparantia. alphab. 4. lit. N.

S

**S**ALOMON à Deo sapientiæ exposcit. alphab. 2. lit. D.

Sancti, ciuitatis Dei muri. alphab. 1. litera O. alphab. 2. lit. G.

Sancta quæ dicuntur? alphab. 3. lit. V.

Sanctitas vera. alphab. 3. litera V.

Sapiens & insapiens idem quomodo? alphab. 4. litera Y.

Salo-

Salomonis templum. alphab. 6. lit. O.

Sacerdotalis terra exempta. alphab. 6. lit. I.

Sensus literalis. alphab. 5. litera N.

Sicut, aduerbum similitudinis & æqualitatis. alphab. 5. lit. H.

Societas hominum à natura. alphab. 1. lit. X.

Solitudinis laus. alphab. 1. litera B. C.

Spes fundamētum Ecclesiæ. alphab. 2. lit. L.

Scipionis celebre dictum. alphab. 1. lit. B. C.

Scoti dictum circa proximi obsequium. alphab. 4. lit. N.

Scoti rationes de Conceptu Virginali. alphab. 6. lit. D.

Scriptura more humano loquitur. alphab. 4. litera B.

**T**Abernacula Iacob quæ? alphab. 3. lit. S.

V

**V**aldiuielsi vallis describitur. alphab. 1. lit. A.

Valermosa oppidum Val diuielsi. alphab. 1. lit. A.

Venialis culpa non cadit in virginem Mariam. alphab. 6. lit. L.

afustis de cintas en el aro monte  
y nos quedarestando a la dia de oto  
y Dijo bien que demit 648 and  
que quarenta e siete o quaranta mil  
que valent en el mundo el mundo  
que es a por uno ~~de~~  
SALMANTICÆ

Apud Ioannem & Andream Renaut.

M D X C V I.

Virginiae

39

